cantilene de ſynagoga repudiata:ſicut decã
tatur ꝺ vetula:vnde ibi dicitur:[ Uinea facta
ẽ dilecto meo ⁊c.] ¶ In.6.aũt caplo.ppħa
introducit pſone filij deſtinationẽ:vbi dici/
tur:[ Uade ⁊ dices populo huic.Audite au
dientes:⁊ nolite itelligere.] ⁊ oia que in illo
capitulo ꝯtinẽtur:ptinent ad iſtaꝫ materiã.
In alio vero eiuſdeꝫ filij incarnationẽ : ꝯce
ptionem: ⁊ natiuitateꝫ ex virgine:vbi dicit
[Ecce vgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiuꝫ ⁊c.] ¶ In
octauo vero diſcipuloꝝ:⁊ credentiũ ac ad/
herentium ſibi recollectionem : ⁊ aliorum
ſcãdalum ⁊ offenſionem:vbi di:[ In lapidẽ
autẽ offenſionis:⁊ in petram ſcãdali.] ⁊ re/
liqua:que ſequũtur in eodem caplo:vſqꝫ in
finẽ. ¶ In.9.aũt poſt ortuꝫ xp̄i introducit
ipſius paſſionem:⁊ regni incohationeꝫ:vbi
di:[ Paruulus enim natus eſt nobis:⁊ filiꝰ
datus eſt nobis : ⁊ factus eſt principatus.i.
crux ſup humeꝝ eiꝰ.] Seqtur:[ Sup ſoliuꝫ
Dauid ⁊ ſup regnũ eius ſedebit ⁊c.] ¶ In
10.vero introducit filiorum iſrael finaleꝫ cõ
uerſionem ad xp̄m:vbi dicitur:[ Si fuerit po/
pulus tuus iſrael quaſi arena maris : reliqe
ꝯuertẽtur ex eo. ¶ In.xj. vero introducit
xp̄i glioſam reſurrectionẽ:⁊ diuerſoꝝ popu
lorum ꝯuerſioneꝫ:cohabitationem ſub vno
paſtore xp̄o:pleno ſeptenario donoꝝ ſpiritꝰ
ſancti:qꝺ refertur ad ſtatuꝫ vniuerſe eccľie.
vnde icipit illud capꝫ. [ Et egredietur vir
ga de radice Ieſſe.Seqtur: [ Habitabit lupus
cũ agno.] Et in infra: [ Radix ieſſe: qui ſtat
ſignum ppľorũ: ipm deprecabuntur gentes:⁊
erit ſepuchrũ eius glioſuꝫ.] ¶ In.xij.vero
introducit ſacroꝝ efficatiam ⁊ aptionem ⁊
grarum diffuſioneꝫ:qua diuiduntur in ſacris
p totam eccľiam:⁊ ideo illud caplm p mo/
dum cantici ꝯtinet grarũ actionem:⁊ inci
pit:[ Cõfitebor dño:qm iratꝰ eſt mihi.] ⁊ ſe/
qtur:[ Haurietis aquas in gaudio ꝺ fontibꝰ
ſaluatoris.] Et in hac finitur prima pars primi
Secun/da pars pmi tra/ctatus. tractatus Eſaie. ¶ Seqtur ſcda ps:in qua
tractat .ppħa de gẽte finitima ꝯgregatiꝫ:cõ
minatur.n.oibus vicinis natiõibꝰ diuerſas
penas ⁊ aduerſitates.Et durat illa ps p.xj.
ca.que cõtinent onera.x. ¶ In primo nãqꝫ
onere cõminatur babylonijs quoꝝ deſtructio
facta eſt per Cyrum ⁊ Dariuꝫ.Et cõtinuatur
.pphetia de hoc capitulo.13.p totuꝫ:qꝺ in/
cipit:[ Onꝰ Babylõis.] Et ſtatiꝫ caplo.14.
redit .ppħa ad xp̄m:dicẽs:[ Prope eſt vt ve
niat eiꝰ tp̄s.] Et iterũ reuertitur ad babylo
niorum deſtructionẽ dicens: [ Et erit in die
illa cũ requieꝫ dederit tibi dñs deus:quõ ceſ/
ſauit exactor:qeuit tributũ.] Et deinceps p
totum inuehitur ꝯtra Nabuchodonoſor regẽ
Babylonis. ¶ In ſecundo vo onere cõmi
natur philiſteis: ⁊ incipit in fine.14.c. [ In
anno quo mortuꝰ ẽ rex Achaꝫ:factũ eſt onꝰ
iſtud.Ne leteris philiſtea:omnis tu. ¶ In
tertio vero onere cõminatur Moabitis:⁊
incipit.15.cap.[ Onus moab.] p totũ.Et qꝛ
xp̄s ſm carnẽ deſcẽdere debebat ex Ruth:
que fuit de Moab:ideo ſtatim ex hac occa
ſione .ppħa vertit ſtilũ ad Chriſtũ:in.16.c.
dicens:[ Emitte agnũ dñe dñatorẽ terre ⁊c.
¶ Deinde reuertitur ad cõminandũ Mo
abitis vt prius: vſqꝫ in fineꝫ caplī predicti.
¶ In quarto vero onere cõminatur dama
ſco ⁊ ſyris.Et icipit.17.cap.[ Onus dama/
ſci.] Et ꝓtenditur p totuꝫ. ¶ In quinto ve
ro onere cõminatur Ethyopijs:⁊ Egyptijs:
Et durat illud onus per capitula tria.ſ.18.
19.20.vbi multa iterſerit .ppħa de xp̄o:eo qꝺ
in Egypto multũ viguit xp̄iana religio an
te tempora Machometi:.ppter qꝺ aſpiciẽs
ad illud tẽpus .ppħa ait:[ qꝺ in die illa erũt
qnqꝫ ciuitates in terra egypti:iurãtes p do
minuꝫ exercituũ.] Et ſeqtur:] qꝺ cognoſcetur
dominus ab egypto:⁊ colent eum muneri/
bus ⁊ hoſtijs:⁊ mlťa alia de hac materia ibi
ſubdit. ¶ In ſexto vero onere cõminatur
aſſyrijs:ſiue rurſuꝫ babylonijs.Et icipit.c.
21.[ Onꝰ deſerti maris.] ¶ In.7. vo cõmi
natur Idumeis circa finem eiuſdẽ.c.[ Onꝰ
idumea. ¶ In.8. vo cõminatur Arabibus
in.e. capl.ſatis cito vbi dicit:[ Onus in ara
bia.In ſaltu ad veſperã dormietis.] ¶ In
9o.vo cõminatur Hieroſolymitis : maxie pn
cipibus ⁊ prepoſitis templi.Et incipit cap.
22.[ Onꝰ vallis viſionis.] ¶ In.10.c.cõmi
natur thyrijs.Et icipit.c.23.[ Onꝰ thyri.] Et
durat p totum. ¶ Sufficiẽtia autem iſtorũ
onerum:⁊ ſi moraliter poſſit haberi penes
decem

decem peccata mortalia:in q̄bus iſti popu/
li peccauerūt:tamen lr̄aliter ſufficientia col
ligitur ex hoc ꝙ oēs iſti popl̄i in filios iſra/
el peccauerunt eos impugnādo: q̄a cōfines
terre illoꝝ erāt.Et in h̄ finitur ſecūda pars
ꝑmi tractatus. ¶ Sequitur tertia pars in

Tertia ps ꝑmi tractat⁹

qua ꝓpħa tractat de vniuerſi mundi machi
na ſimul ⁊ ſūmatim:q꞉ poſt onera ſingularū
regionum : introducit onus qđ erit in fine
mundi in tota terra:gn̄aliter tn̄ tranſfert ſe
ad finale iudiciuꝫ:ante qđ diſſipabitur tota
terra.Incipit aūt in principio. 24.c.[Ecce
dominus nudabit terraꝫ.]Et durat p.4.ca
pitula:q꞉ vſqꝫ ad.28.cap.excluſiue. vnde in
24.ca.ꝓpħa denūciat futuram diſſipatiōeꝫ
totius terre:que fiet ante iudiciū.Et deſcri
bit ſn̄iaꝫ que ꝓfertur contra angelos malos
vbi dicit:[Erit in die illa.Viſitabit dn̄s ſu/
per militiam celi:⁊ etiaꝫ ſup hoies malos:]
cū ſubdit:[Et ſup reges terre : q̄ ſunt ſuper
terrā.]Et ſic in primo capl̄o ꝓpħa denūciat
totius terre diſſipationem. ¶ In capl̄o v̊o
25.extollit diuinā iuſtitiam oſtenſam in iu/
dicio:⁊ aſſurgit in gr̄arum actionem. Vn̄
incipit capitulum:[Dn̄e deus meus es tu:
exaltabo te.]Et reliqua ꝑtinentia ad iſtam
materiam ꝑ totum.¶ In capl̄o aūt.26.de/
ſcribit poſt iudiciuꝫ eternum premiū bono
ruꝫ.Vn̄ incipit:[In die illa cantabit canti/
cum iſtud in terra iuda. Urbs fortitudinis
noſtre ſyon.]Seq̄tur:[Aperite portas ⁊ in
gredietur gens iuſta].Et in toto capl̄o tra/
ctatur hec materia de gloria bonoꝝ. ¶ In
capl̄o v̊o.27.oñdit etiā poſt iudiciū eternū
ſupplicium dānatoꝝ Luciferi:vꝫ quem vo
cat leuiathan ſerpentem veterē:⁊ angelorū
ſuorum ⁊ hominum malorum. Et incipit:
[In die illa viſitabit dn̄s ī gladio ſuo duro
ſup leuiathā ſerpēteꝫ veterē.]Et ſic finitur

Quar/ta ps ꝑ/mi tra/ctatus.

tertia pars primi tractatus. ¶ Seq̄tur ps
quarta:in qua tractat ꝓpħa de gente Judai
ca:⁊ gēte iſraelitica.ſ.x.tribub⁹ cōbinatiꝫ:⁊
ꝯtinet.4.ve:ac.4.capl̄a.a.28.vſqꝫ ad.30.ex
cluſiue.¶ Et in primo q̄deꝫ ve:qđ icipit:
[Ve corone ſupbie].ca.28.cōminatur genti
iſraelite.Et in eodem vertit ſe ad xp̄m:vbi
ait:[Ecce ego mittā in fundamētis ſyon la
pidē augularē ⁊c̄.] ¶ In ſecūdo v̊o:qđ ici
pit:[Ve Ariel.Ariel.]29.c.cōminatur gen/
ti iudaice.Nā Ariel:ſiue leo dicitur ciuitas
Dauid mōs ſyon ꝓpter altare holocauſtoꝝ
qđ dicebat Ariel: ꝓpter deuorationē beſtia
rum ⁊ aialium que ibi ꝯſumebātur:⁊ ibi v̊/
tit ſe ad xp̄m:cū ait iudeis:[Miſcuit vobis
domin⁹ ſp̄m ſoporis : claudet oculos vr̄os:
⁊ erit vobis viſio oium:ſicut verba libri ſi/
gnati.]¶ In tertio v̊o ve:qđ incipit:[Ve
filij deſertores.]Tertio cap.cōminat̄ religꝗs
quas cōmiſit Nabuzardam ſub manu Go/
dolie:que poſt mortem Godolie (ꝓhibēte
Hieremia) voluerūt deſcēdere in egyptū:ꝯ̄
ꝯſilium dn̄i.Et ꝯtinuatur eadē materia in
quarto ve : quod incipit : [Ve qui deſcen/
dunt in egyptuꝫ] ⁊ ibi etiaꝫ vertit ſe ꝓpħa
ad xp̄m in pl̄ib⁹ locis:vt vbi ait: [Propte/
rea expectat dominus vt miſereatur veſtri:
⁊ ideo exaltabitur parcēs vobis.Beati oēs
qui expectant eum.]Et vbi ait : [Ecce no/
men dn̄i venit de longinquo.] Et multa ſi/
milia dicit:in quo finitur pars quarta ꝑmi
tractatus.¶ Seq̄tur quinta ps:in qua rur
ſum regredit̄ ad gentem iudaicam ſeꝑatim
⁊ ſegregatim que.32°.ca.icipit:[Ecce in iu/
ſtitia regnabit rex.]Et ꝓtēditur p.8.ſequē/
tia capi.vſqꝫ ad. 40. excluſiue: ⁊ ibi primo
ꝑ q̈ttuor ca.ꝓcedit obſcure ⁊ ꝓphetice vſqꝫ

Quin/ta ps ꝑ/mi tra/ctatus.

ad.36.Deinde vero clare: ⁊ quaſi hyſtorice
per iſta.4.capitula. ¶ Primo nanqꝫ. 32.ca
pitulo agit de Ezechia ⁊ ipſius ꝑfectione:⁊
metaphora eius agit de xp̄o.vn̄ icipit:[Ec/
ce in iuſtitia regnabit rex]. ¶ In ca.v̊o.33°
agit de Sēnacherib:⁊ de eius deſtructione.
[Ve q̄ predaris:nōne ⁊ ipſe p̄daberis?]Et
ſtatim exultat pro gr̄arum actione:dicens:
[Domie miſerere:te enim expectauimus.]
¶ Sꝫ in.34.agit de Romanis:⁊ de deua
ſtatiōe quā fecerūt đ iudeis ſub Tyto ⁊ Ve
ſpaſiano:⁊ h̄ ſb̄ metaphora idumee ⁊ booꝫ:
(vt dicunt magr̄i iudeorum.) ¶ In.35.v̊o
vaſtata Judea : ⁊ ſynagoga deſtructa : agit
de eccleſie floritiōe ⁊ dilapidatione:que tūc
temporis inchoata eſt.Unde incipit:[Leta
bitur deſerta:⁊ inuia:⁊ exultabit ſolitudo.]
Deinde v̊o quaſi hyſtorice ꝓſeq̄tur que di/

xit:[At obſcure.]Nam ca.36.itroducit Sē
nacherib ſupbientem. ¶ In tertia v̄o Eze
chiam ad dn̄m clamantē:⁊ dn̄m eripientē.
¶ Sed in.38.Echechiam infirmū virtute
dei ꝯualeſcentē.Et.39.Ezechiam vane glo
riantem:oñdendo babylonis diuitias ſuas:
ꝑpter qđ Eſaias ꝯcludit captiuitatem futu
ram:⁊ oia deportāda in babylonē.Et ſic fi
nitur q̄nta pars:⁊ totus primus tractatus:
in quo continetur oraculū cōminatoriū ⁊
Sc̄dus tractat⁹ flebile.¶ Tunc incipit ſecūdus tractatus.
[Cōſolamini ꝯſolamini ppl'e meus.] Quia
enim in fine precedentis capl'i poſt cōmina
tionem multorum maloꝝ dixerat Ezechias
quaſi paruū curans de alijs.[Fiat pax tm̄:⁊
veritas in dieb⁹ meis.] Iccirco introducit
ꝓph̄a dn̄m quaſi paſtorem verum curanteꝫ
gregem ſuū:⁊ dicentem:[Cōſolamini ꝯſola
mini ppl'e meus.] Ac ſi apte dicat: Ex quo
reges veſtri non curant de vobis: ego vos
ꝯſolabor.¶ In iſto ergo tractatu cōſolato
rio agit ꝓph̄a de duplici materia:⁊ cauſa cō
ſolationis.¶ Pria q̄dē ſpūali: ⁊ hec eſt de
liberatio que facta eſt per chriſtū a peccato.
¶ Sc̄da v̄o corpali que facta eſt p Cyruꝫ a
captiuitate:⁊ ab exilio babylōico. ¶ Et ſꝫ
h̄ diuidit̄ iſte tractatus in tres ptes.¶ Nā
primo agit de liberatione facta p xp̄m a pec
cato.¶ Secūdo de liberatione facta p Cy
rum ab exilio. ¶ Tertio iterum redit ad
liberationem factam p xp̄m a peccato:q: il
lam intendit p̄ncipaliter tāq̄ꝫ materiā ma
ioris ꝯſolationis.¶ In prima ergo pte agit
de liberatiōe facta p xp̄m:⁊ ꝯtinet.5.c.ſ.40.
in quo agit ꝓph̄a đ p̄curſore Joāne Bapti
ſta:⁊ eius predicatione. Unde ibi dr̄:[Uox
clamātis in deſerto ⁊c̄.]Que ſpectat ad Jo
annem.¶ Et.41.c.in quo agit ꝓph̄a đ na
turarum vnione:⁊ hōis aſſumptione ex ſe
mine Abrahe.Et incipit capl'm:[Taceant
ad me inſule.[Sequit̄:[Et iſrael ſerue me
us:ſemen Abrahe amici mei:in quo appre
Apl's. hēdi te.]Cui alludit Apl's Hebre.2.Nuſq̄ꝫ
angelos apprehēdit:ſed ſemen Abrahe ap
prehendit.¶ Et.42.c.in quo agit de verbi
incarnati cōuerſatione.⁊ incipit:[Ecce ſer
uus meus:ſuſcipiam eum.]Seq̄tur:[Non
clamabit:nec accipiet perſonaꝫ: nec audiet̄
vox eius foris.Non erit triſtis:neq; turbu
lētus.]¶ Et.43°.in quo agit de teſtiuꝫ vo
catione.ſ.de vocatiōe apl'oꝝ. Et icipit:[Et
nūc hec dicit dn̄s:Noli timere.]Sequitur:
[Educ foras populum cecum. Dent teſtes
eoꝝ.Uere vos teſtes mei dicit dn̄s.] ¶ Et
44°.in quo agit̄ de teſtiuꝫ inſpiratione:qui
repleti ſunt ſpiritu ſancto in die pētecoſtes:
⁊ incipit:[Et nūc audi Jacob.] Sequitur:
[Effundam ſpiritum meū ſup ſemen tuū.]
¶ In oibus aūt iſtis q̄nq; capl'is iuehitur
ꝓpheta cōtra idolatriā:ne quis reputet ad
orationē iſtius hois:de quo loquit̄:⁊ quem
predicat eſſe deuꝫ:idolatriam fore:ſicut ho
die putant errātes iudei. Et ſic finitur pri
ma pars ſecūdi tractatus. ¶ Sequit̄ pars
ſecūda:vbi agit de liberatione facta per Cy
ruꝫ.Et incipit.45.c.[Hec dicit dn̄s chriſto
meo Cyro.]vel pauloante:vbi dicit̄:[Qui
dico Cyro:paſtor meus es ⁊c̄.] ¶ Et cōti
net pars illa quattuor capl'a.Naꝫ in.45. in
troduxit ꝓpheta diuine liberationis inſtru
mētum ⁊ organum.ſ.regem Cyrum.Et oc
caſione eius vertit ſe ad Chriſtū:quum ait:
[Rorate celi deſuper.]Et poſt hec ſubdit:
[Tm̄ in te eſt deus:⁊ nō eſt preter te deus.]
Quod non pōt intelligi de Cyro:ſed ſoluꝫ
de Chriſto.¶ In.c.v̄o.46.introducit pro
pheta liberatorem precipuū.ſ. deum:q: etſi
Cyrus fuit inſtrumētuꝫ: deus tm̄ fuit actor
precipuus deſtructionis Balthaſar:Baby
lonis:⁊ Chaldeoꝝ:ac liberationis iudeoꝝ.
Et ideo in.c.illo dicit dn̄s:[Audite me do
mus Jacob:⁊ omne reſiduum domus iſra
el.Ego feci:⁊ ego feraꝫ.Et in fine cōcludit:
[Dabo in ſyon ſalutem:⁊ in Hieruſalē glo
riam meaꝫ.]¶ In.c.v̄o.47.introducit ꝓ
pheta deliberationis modum:qđ cōſiſtit in
deſtructione Babylonis:⁊ regni eius.Et
ideo capl'm incipit:[Deſcēde:ſede in pulue
re virgo filia Babylon.] ¶ Sed in.c.48.
ꝓpheta introducit predicationis motiuuꝫ.
Unde oſtēdit q deus iſta lōge predixit: vt
liberationē ſuā Judei non imputarent ido
lis:ſed ſibi ſoli.Unde incipit capl'm:[Audi
te hec domus Jacob.]Seq̄tur[Predixi ti
bi extūc

Secunda ps ſecūdi tractatus.

bi extūc

bi extūc anteq̄ꝫ venirēt indicaui tibi:ne for
te diceres: Idola mea fecerūt hec.⌋ Et i eo/
dem capl'o cōuertit ſe ad Chriſtuꝫ:vbi ait:
⌊Ex tpe anteq̄ꝫ fierent ibi eram. Et nūc do
minus de⁹ vult me:⁊ ſpūs eius.⌋ Et in hoc
finitur ſecunda pars ſecundi tractatus.

Tertia ps ſcd' tractat⁹

¶ Sequitur pars tertia:in qua rurſum re/
gredit ad liberationem factam per chriſtuꝫ
capl'o.49.cum ait:⌊Audite inſule ⁊c.⌋ Et
ab illo loco:⁊ deinceps q̄ſi euāgelica:⁊ apl'ica
p̄dicat oia myſteria fidei nr̄e:que pertinent
ad Chriſtū. Unde deducit de Chriſto.xij.
cōcluſiōes. ¶ Primo nāqꝫ exequitur que
ptinent ad Saluatoris infantiā ⁊ abſcōſio/
nem. Naꝫ per triginta annos vſqꝫ ad annū
predicationis cōuerſatus eſt in mūdo quaſi
ignotus:ſicut vnus alius purus homo. Et
hoc ꝓpheta deducit capl'o.49.cuꝫ ait:⌊In
pharetra ſua abſcōdit me:⁊ dixit mihi.⌋ Et
per totum capl'm deſcribitur excellētia illi⁹
hois ſic latētis ⁊ abſcōſi. ¶ Secūdo v̄o exe
quitur ea que pertinēt ad multiplicem iniu
riam:quam paſſus eſt:⁊ pſequutionem:ca/
pitulo.50.qd̄ incipit:⌊Hec dicit dn̄s. Quis
eſt hic liber?⌋ Sequitur:⌊Dn̄s deus aperu/
it mihi aurem. Corpus meū dedi percutiē/
tibus:⁊ genas meas vellētibus ⁊c.⌋ ¶ Ter
tio exequit ea que pertinēt ad ſapiam Chri
ſti:⁊ predicationem:in.c.50.⁊.51. vbi dicit:
⌊Audite me qui ſeqmini:qd̄ iuſtū eſt:⁊ que
ritis dn̄m.⌋ Et ſequit:⌊Audite: qꝛ hic a me
exiet:⁊ iudiciū meū in lucē populo: ⁊ iuſta
poſui v̄ba mea i ore tuo.⌋ Et poſt hoc ſeqt:
⌊Propter hoc ſciet ppl's me⁹ nomen meū:
qꝛ egoipſe qui loquebar ecce adſum. Q̄ꝫ pul
chri pedes ⁊c.⌋ que pertinēt ad Chriſti p̄di
cationē:vt patet. ¶ Quarto enim exequit
ea que ſpectāt ad Chriſti tolerātiam:patien
tiam:⁊ paſſionem:⁊ mortis p̄poſitionē:cir/
ca finem.c.52.⌊Ecce intelliget ſeruus me⁹:
ſicut obſtupuerūt ſup eum multi:ſic inglo/
rius erit inter vos aſpectus eius.⌋ ⁊ per to/
tum.53. vbi dicit:⌊Non eſt ei ſpecies: neqꝫ
decor ⁊c.⌋ ¶ Quinto exequit ea que perti/
nēt ad eccleſiam:⁊ ipſius formationē:⁊ hoc
ordine cōgruo:qꝛ formata eſt de latere Chri
ſti dormientis in cruce. Et ideo.54.c.inci/
pit:⌊Lauda ſterilis que non paris.⌋ Et ſta/
tim ſequitur in.c.55.⌊q̄ alibi non eſt ſalus:
nec inuētio gratie:niſi infra eccleſiā. Unde
incipit:⌊Omnes ſitiētes venite ad aquas.⌋
Poſt hec ⁊.c.56.oñdit qūo eccl'ia nō arctat
ad vnum populū. Unde incipit:⌊Hec dicit
dn̄s. Beatus vir qui faciet hec:⁊ filius ho/
minis qui apprehēdet iſtud:⁊ hoc non di/
cat filius aduene qui adheret dn̄o dicens:
Separatione diuidet me dn̄s a p̄ncipio ſuo.⌋
¶ Deinde v̄o.57.⁊.58.ponit informationē
moralē:⁊ oia iſta pertinent ad eccleſiam.
¶ Sexto v̄o exequit ea que ſpectāt ad chri
ſti gloriā ⁊ reſurrectioneꝫ:⁊ hoc.59.c. ⁊.60.
vbi dicit:⌊Ecce non eſt abbreuiata manus
dn̄i:vt ſaluare nequeat.⌋ Et ſequitur:⌊q̄ ſal
uauit ſibi brachium ſuuꝫ. Indutus eſt iuſti
tia vt lorica:⁊ galea ſalutis in capite eius.⌋
Et cōtinuādo capl'm.60.addit:⌊Surge il/
luminare Hierl'm ⁊c.⌋ vſqꝫ in finem:que p/
tinent ad Chriſti gloriam ⁊ reſurrectioneꝫ.
¶ Septimo exeqtur ea que ptinēt ad chri/
ſti famam per orbem diffuſam:atqꝫ opinio/
nem ⁊ diſſeminationē per orbem.c.61.p to/
tum.⌊Spūs dn̄i ſuper me.⌋ vbi agit de di/
ſcipulis diſſeminatis per orbem ad portan/
dum famaꝫ Chriſti:vbi dicit⌊q̄ oēs qui vi
derint eos cognoſcēt eos:qꝛ iſti ſunt ſemen
cui bn̄dixit dn̄s.⌋ ¶ Octauo v̄o exequitur
ea que ſpectant ad noiationeꝫ nouam:⁊ ad
intitulationē nois chriſtiani:qꝛ hoc nomen
nouū ⁊ glorioſum impoſitum eſt credētib⁹.
⁊ hoc.c.62.per totuꝫ:qd̄ incipit:⌊Propter
hoc nō tacebo.⌋ Seqtur:⌊Uocabit tibi no
men nouum qd̄ os dn̄i noiauit:⁊ erit coro/
na glorie in manu dn̄i: ⁊ dyadema regni in
manu dei tui. Non vocaberis vltra dereli
cta ⁊c.⌋ ¶ Nono exequitur ea que ſpectāt
ad regreſſum in celum:⁊ glorioſam aſcēſio/
nē.c.63.⌊Quis eſt iſte qui venit de edom?⌋
¶ Decimo exeqtur ea que ſpectant ad iu/
deorꝫ negligētiam ⁊ execrationem:Chriſto
aſcēdente in celum:⁊ hoc circa medium.c.
⌊Sed miſerationū dn̄i recordabor.⌋ vbi re/
ducit ad memoriā beneficia oia que de⁹ cō/
tulit iudeis: precipue beneficiū eductionis
de egypto:⁊ aduētus Chriſti: in principio

64.c.[Utinã dirũperes celos & venires.] Et tamẽ non obſtãtibus his excecati ſunt: & deplorat eo͛ excecationem: vbi ait:[ Attẽde dñe de celo: & vide de habitaculo ſancto tuo quare errare nos feciſti de vijs tuis. Induraſti cor noſtrũ ne timeremus te ſequi: & abſcõdiſti faciem tuã a nobis: & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtre &c.] ¶ Undecimo exequitur ea que ſpectant ad finalẽ miſericordiam: & ad reuerſionẽ iudeo͛ ad chriſtũ c.65. per totum: qd incipit: Dixi: Ecce ego ad gẽtes.] Sequitur[: Expandi manus meas quotidie ad populũ incredulum.] Et infra: [Sic faciam propter ſeruos meos: vt non diſperdã totum: & educam te Jacob ſemen: & Juda poſſidentẽ ſanctos meos. ¶ Duodecimo & vltimo exequitur ea que ſpectãt ad finale iudicium & premiũ bono͛: ac malo͛ punitionẽ. c.66. quod incipit:[ Hec dicit dominus. Celũ ſedes mea eſt.] Sequitur de gloria beato͛:[ Letamini cum Hieruſalẽ: & repleamini ab vberibus cõſolationis eius: & de pena dãnato͛. Uermis eo͛ nõ morietur: & ignis non extinguetur.] Et ſic finitur ſecundus tractatus: & totus liber. ¶ Notandum tñ qȝ iſta fuit duplex liberatio. Una facta per Cyrum: & alia facta per Chriſtum ſic miſcẽtur in iſto tractatu: vt vix ſit capitulum: in quo non interſeratur aliquid de vtraqȝ: intãtũ qȝ iudei totũ exponũt de illa que facta eſt per Cyrum: quãuis impoſſibile ſit ſic exponi quãtum ad plurima que dicuntur in hoc tractatu. Et ideo melius eſt & lr̃alius diuidere eo modo quo dictum eſt.

¶ Diuiſio libri Hieremie.

Nunc accedit hieremias propheta cuius liber diuiditur in 16. partes pricipales. ¶ In prima nãqȝ ipſi prophete legatio iponitur: & durat per capitulum primũ vbi oñditur propheta ſctificatus: cũ dicitur: [Priuſqȝ te formarẽ in vtero &c.] Et deinde cauſa legationis deſcribitur ſub metaphora olle ſuccenſe & vigilantis virge: & demũ legagatio iniungitur: [Tu ergo accinge lũbos tuos & ſurge & loquere ad eos]. ¶ In ſecũda vero parte diſcutitur vtrum ſit iuſta vel iniuſta: ne videatur deus crudeliter procedere in deſtinando propham ad predicandum captiuitatẽ. Et durat ps illa p.x.ca. ¶ Ut autem appareat legatio iuſta. c.2. incipit propheta dſcribere iudeo͛ ingratitudinẽ: & culpã grauiſſimam contra deum. ¶ In tertio vo deſcribit ex pte dei ſũmam clementiam ſub metaphora ſponſi contempti volentis vxorem accipere etiam poſt cõtẽptũ: qd nõ eſt conſuetum: vñ icipit vbi dicit:] Si dimiſerit vir vxorem.] ¶ In quarto vo officio ex pte dei facilem veniam oſtendens qȝ non exigat deus ab eis ſatiſfactionem nimis duram: vnde incipit:[ Si conuerteris iſrael ait dominus ad me conuertere.] ¶ In quinto vo aufert a iudeis excuſationem verã: quã poſſunt habere ex imixtione aliquo͛ cũ eis: ſi forte iter eos inuenirentur. Uñ incipit.[ Circuite vias Hieruſalem & querite an inueniatis virũ facientem iudicium: & propitius ero ei. ¶ In ſexto vo aufert ab eis conſiderationẽ: quã deberẽt habere de ſanctitate ſacerdotũ: prophetarum: & religioſorum ſuo͛. Unde incipit:[ Cõfortamini filij beniamin in medio Hieruſalẽ.] Sequitur:[ A minore vſqȝ ad maiorem oẽs auaritie ſtudent: a propheta vſqȝ ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum.] ¶ In ſeptimo ca. aufert ab eis fiduciam: quam poſſent habere de ſanctitate templi & ſacrificio͛. Uñ dicit:[ Nolite cõfidere in verbis mẽdacij dicẽtes: Templum dñi: tẽplũ dñi: tẽplum dñi eſt.] ¶ In octauo aufert ab eis fiduciam: quam poſſent habere in ſapiẽtia ſcribarum: & hoium doctorum. Unde icipit:[ In tpe illo ait dñs.] Et ſequitur:[ Uere mẽdaciũ opatus eſt ſtilus mẽdax ſcribarũ: cõfuſi ſunt ſapiẽtes: verba dñi piecerunt: & ſapiẽtia nulla eſt in eis. ¶ In nono vo ex quo nullã excuſationem propheta repit pro iudeis: incipit lachrymari & plangere lamẽtabilem cãtilenam: & ait:[ Quis dabit capiti meo aquam: & oculis meis fontem lachrymarũ?] ¶ In decimo vo regreditur ad iudeo͛ cecitatẽ: & ignorãtiam: qui cõtra oẽm rõnem verſierãt (contẽpto deo) ad idolatriam. Et incipit:[ Audite verbũ: qd loquutus eſt dñs.] Et ſequitur:[ Quis non timebit te o rex gẽtium?] ¶ In vndecimo vo & vltimo

timo capl'o huius partis pactũ domini cũ filijs iſrael reducit̃ ad memoriam : vt ex oi/bus iſtis aggrauet̃ culpa iudeorum:⁊ oſtenda/tur legatio dñi iuſta:qui mittebat ꝓphetas ad denũciãdum mala:que in predictis capitulis cõtinue inſerũtur.Et ſm hoc patet q̃/liter in his decẽ capitulis legatio diſcutit̃: ſi iuſta fuerit vel iniuſta. ¶ In tertia vero parte ſup ipſa legatione querulat̃ ꝓpheta ⁊ cõqueritur propter mala:que ꝓuidet ſe paſ/ſurum ex iſta legatione.Et incipit pars illa vltra medium.c.xj.[Tu autem domine de/monſtraſti mihi:⁊ ego quaſi agnus manſuetus:qui portatur ad victimam.]Et ꝓtenditur vſq; in finem.xij.c.In qua parte multa continent̃ de paſſione xp̃i.¶ In quarta vͦ parte ꝓpheta legationem exequit̃ predicando cõtra Judeam ⁊ Hieruſalem ſub meta/phora lũbaris:qđ computruit:⁊ ſub meta/phora ſermonum ſiccitatis : ⁊ metaphora Moyſi:⁊ Samuelis : qui al's exauditi fue/rũt pro populo:⁊ tamẽ tũc non poſſent ex/audiri:⁊ ſub metaphora eunuchi : ⁊ homi/nis ſterilis.Unde dicit̃ ipſi Hieremie:[Nõ aſpicias vxorem:⁊ non erũt tibi filij.] Sub metaphora ſtili ferrei:⁊ adamãtini lapidis: ⁊ ſub metaphora figuli:⁊ confracti vaſis:⁊ ſub metaphora lãguncule:⁊ teſtei vaſis .Et durat pars illa per ſeptẽ capitula: a. 13.vſq; ad.19.incluſiue:vbi etiam ꝓpheta vertit̃ ſepe ad paſſionem Chriſti: vt vbi ait:[Qua/re quaſi colonus futurus es in terra.] c.14. Et vbi dicit:[Tu ſcis dñe:recordare mei ab his:qui perſequũtur me.c.15. Et vbi dicit: [Dñe fortitudo mea:⁊ robur meum in die tribulatiõis mee].c.16.Et vbi ait:[Dñe deus qui te derelinquũt cõfundantur ⁊c̃.]ca/pitulo.17. Et vbi dicit:[Uenite cogitem⁹ cõtra Hieremiã:⁊ percutiamus eũ lingua. Recordare ꝙ ſteterim i ꝯſpectu tuo.] c.18. ¶ In qnta vͦ parte pro ſua p̃dicatione ꝓ/pheta patitur:⁊ pſequutioni ſubijcitur. Et incipit.c.20.⁊ in eodẽ finitur:vbi etiã mul/ta cõtinẽtur de paſſione Chriſti.¶ In ſex/ta vͦ parte iteru; a ꝓpheta reſumitur pro/phetia poſtq̃ fuerat percuſſus : incarcera/tus:ac poſitus in neruo.Et incipit pars il/la capitulo.21.[Uerbũ:quod factum eſt ad Hieremiam.]Et durat per tria capitula. ¶ In primo nãq; ꝓphetat cõtra vrbẽ Hieruſalem.¶ In ſecũdo cõtra regem. ¶ In tertio cõtra malos ꝓphetas:⁊ alios:qui paſcebant:ac dirigebãt gregem filiorum iſrael illis diebus:⁊ ibi agit de aduẽtu Chriſti:q erit bonus rex ⁊ bonus paſtor dicens:[Ec/ce dies veniũt dicit dñs:⁊ ſuſcitabo Dauid germen iuſtum : ⁊ regnabit rex : ⁊ ſapiens erit ⁊c̃.]¶ In ſeptima vͦ pte ꝓphetia partim impletur:⁊ impleta aſpicitur quantu; ad primam trãſmigrationẽ:que facta eſt de Jeconia ⁊ principibus eius:qui ducti ſunt in Babylonẽ:ibiq; ꝓſpera ꝓmittunt̃ trãſ/migratis:⁊ aduerſa remanẽtibus. Et inci/pit pars.24.c.⁊ tẽditur per capitula duo. ¶ In octaua vͦ parte ꝓpheta iterum ad/uerſitates patit̃ ⁊ perſequutiones pro ſua p̃/dicatione.Primo qdem a ppl'o.c.26.Secũdo vͦ a falſis ꝓphetis.c.27.⁊.28.Et ſic du/rat pars illa per capl'a tria. ¶ In nona vͦ pte cõſolatio repromittit̃ trãſmigratis . Et incipit pars illa.29.c.⁊ ꝓtendit̃ vſq; ad.34 capl'm excluſiue p qnq; capl'a:vbi etiã mul/ta cõtinent̃ de xp̃o:vt vbi ait:[Poſt dies illos dabo legem meã in viſcerib⁹ eorum:⁊ multa alia cõſolabilia de xp̃o. ¶ In decima vͦ parte rurſu; deſolatio p̃dicit̃ : ⁊ ꝓphetat̃ cõtra remanẽtes in Hierl'm:alijs trãſmigrat̃ in Babylonẽ.Uñ totũ eſt ꝯtra Sedechiã: 34.c.vbi illa pars decima ꝯtinet̃.¶ In.xj. pte ꝓph'ia ſcribi p̃cipit̃ a Hieremia in vno libro:⁊ ſcriptus cõburit̃:⁊ cõbuſtus rurſus reficit̃.Et durat ps illa per duo capl'a.a.35. vbi reſumit ꝓpheta qũo miſit eum deus ad predicãdum populo:nec tamẽ ipſum audi/uit:cum filij Rechab audiuerint:⁊ obedi/uerint p̃ri ſuo.Protẽdit̃ aũt per.36m.capl'z vbi cõtinet̃ hyſtoria de libri cõbũſtiõe:⁊ re/fectione.¶ In.xij.vͦ parte rurſum ꝓphe/ta capit̃:⁊ iterum capit̃:⁊ incarcerat̃.Et durat pars illa per duo capitula.ſ. p.37.⁊.38. ¶ In parte vͦ.13.ꝓphetia tollitur:imple/tur ⁊ pficitur quãtum ad captionẽ Hierl'z: ⁊ cõbuſtionem templi:⁊ muri.Et hoc con/tinetur hyſtorice in capl'o.39.vbi etia; agit̃

de liberatione Hieremie. ¶ In parte vero 14. populum ſecum liberatum: ⁊ reliqas dimiſſas vſqꝫ in egyptum beniuole ꝓſequit̃. Et incipit pars illa caplo. 40. ⁊ ꝓtenditur vſqꝫ ad. 46. excluſiue: vbi hyſtorice per ſex capitula narratur qualiter cõtra ꝯſiliũ Hieremie deſcẽdit populus in egyptũ: vbi etiã contra eos ꝓphetauit. ¶ In parte ṽo. 15. ⁊ penultima ꝓpheta extẽditur ad oẽs gẽtes: q: cõtra Egyptios: ⁊ cõtra Paleſtinos: cõtra Moab: ⁊ cõtra Amon: ⁊ cõtra Babylonios. Et durat illa pars a. c. 46. vſqꝫ ad capitulum. 50. incluſiue per capitula ſex. ¶ In parte ṽo. 16. ⁊ vltima materiã trenoꝝ hyſtorice cõtexit: ⁊ hoc in. c. 52. ⁊ in fine libri: poſita cõbuſtione tẽpli: ⁊ deportatione vaſoꝝ ꝓpheta cõcludit: [Et factum eſt poſtq̃ꝫ in captiuitatem ductus eſt iſrael: ⁊ Hieruſalez deſtructa eſt: ſedit Hieremias flens: ⁊ amaro animo ſuſpirãs: ⁊ eiulans dixit: Quomodo ſedet ⁊c̃.] Et in hoc finitur liber Hieremie. Liber aũt trenoꝝ ſupius eſt diuiſus.

¶ Diuiſio libri Baruch.

Nunc accedit Baruch. Et diuidit̃ in ſeptez partes ſm̃ ſeptem cõcluſiones: quas intẽdit iſte totus liber. ¶ Inducit nanqꝫ populum captiuatum in Babylone exiſtẽtez ad placãdum deum. ¶ Primo qdem per oblationem legalẽ a principio libri. Et hec verba vſqꝫ ad medium pmi capituli: [Et dicetis dño deo veſtro.] ¶ Secũdo ṽo per cõfuſionem vocalem oium peccatoꝝ ſuoꝝ: ⁊ iuſtitie diuine. Et hec ab illa parte que eſt circa mediũ. c. [Et dicetis dño deo veſtro.] vſqꝫ ad illam partez que eſt in. c. 2. [Auertat̃ ira tua nobis: q: derelicti ſum⁹.] ¶ Tertio ṽo per orationem: ⁊ ſupplicationẽ mẽtalez. Et hoc a precedenti parte: [Auertatur ira tua.] vſqꝫ ad illam partem: [Audi iſrael mãdata vite.] vltra principium. c. 3. ¶ Quarto ṽo ꝓpheta ſubiũgit monitionem ſalutarẽ: ⁊ ſalubrẽ: ab iſto loco: [Audi iſrael.] vſqꝫ ad illam partem: [Obliti eſtis eum: qui nutriuit vos: ⁊ cõtriſtaſtis nutricem veſtram Hieruſalem.] vltra principiũ quarti capli.

¶ Quinto inducit loquutionẽ figuralem ciuitatis Hieruſalem ad modũ nutricis captiuum pplm̃ alloquẽtis: plãgentis: ⁊ deſiderãtis ipſius aduẽtum: ⁊ reditum. Et hoc ab illo loco: [Obliti eſtis eum ⁊c̃. ⁊ nutricẽ veſtram Hierlm̃.] vſqꝫ ad partẽ iſtam: [Antiquior eſto Hierlm̃.] circa finem capli. 4. ¶ Sexto ṽo inducit ꝓmiſſionẽ feſtinã: iocũdam ⁊ regalem: vẽturam ſup Hieruſalẽ: ab illo loco: [Antiquior eſto.] vſqꝫ in finem capli quinti. ¶ Septimo ṽo ⁊ vltimo ponit Baruch informationẽ epiſtolarẽ: quam deſtinauit Hieremias ad captiuos ĩ Babylonia exiſtẽtes. In qua rõnibus multis oſtẽdit idola falſa eſſe: ⁊ non habere in ſe aliqͦd diuinum. Et hoc facit capitulo ſexto ⁊ vltimo: qͦd incipit: [Propter peccata.]

¶ Diuiſio libri Ezechielis.

Nunc accedit Ezechiel. Et diuiditur in ſeptẽ partes. ¶ Prima nãqꝫ eſt introductiua grãdis oraculi: ⁊ cõtinet̃ caplo pmo: vbi introducit̃ dñs ſedens ſup thronũ poſitum ſup firmamẽtum: qͦd imminebat quattuor aialibus: qui deſignabãt quattuor Monarchias: quas diuina prouidentia regit. ¶ Secũda ṽo eſt impoſitiua grãdis officij ipſi Ezechieli: q: officij ⁊ auctoritatis predicãdi. Et hoc continet̃. c. 2. [Fili hois: mitto ego te.] ⁊. c. 3. per totuz. ¶ Tertia ṽo eſt cõminatiua grandis ſupplicij: ⁊ futuri iudicij ſup Hierlm̃: ⁊ Iudeam: qͦd Nabuchodonoſor adimpleuit. Et icipit pars illa. 4. c. [Et tu fili hois.] Et durat vſqꝫ ad. c. 15. excluſiue per vndecim capla. ¶ In quoꝝ primo deſcribit̃ Hierlz obſidio: ⁊ famis perpeſſio. ¶ In ſecũdo ṽo (qͦd eſt qntum in libro) populi captiuatio ⁊ diſpſio. ¶ In. 6°. ṽo ⁊. 7° terre ⁊ regionis depopulatio: ⁊ deſolatio. ¶ In. 8. aũt abhominationũ: ⁊ criminum numeratio: que fiebãt in Hierlz: ⁊ in tẽplo. ¶ In. 9. ṽo ⁊. 10. ciuitatis ſubuerſio: ⁊ templi cõbuſtio. ¶ In. 11°. ṽo. ⁊. 12°. principũ: regum: ⁊ ꝓphetaruz punitio. ¶ Et in. 14. excludit̃ ois remedij cõſolatio. Dato enim ꝙ fuiſſent tres viri in Hierlm̃: Noe: Daniel: ⁊

el:⁊ Job:tm̄ aīas ſuas liberaſſent. ¶ Quarta vō pars eſt decantatiua grandis flagitij. Et incipit.15.c.q̄bus ſub metaphora vitis: ⁊ ſub metaphora ſpōſe deformis:⁊ ſub metaphora leene:⁊ leonis:⁊ ſub metaphora ſaltus cōburendi:⁊ nemoris:⁊ ſub metaphora gladij elimati:⁊ enſis: ⁊ ſub metaphora ſcorie ſtagni:ferri:⁊ eris. Et ſub metaphora duarum filiarū vnius mulieris:⁊ ſub metaphora olle enee:⁊ pinguis aīalis. Sub his inq̄ȝ decem metaphoris deſcribit flagitia:⁊ peccata populi iudeoꝝ:⁊ ciuitatis Hierl̄m: ꝓpter que illud horrendum iudiciū: qd̄ in parte priori ciuitatis Hierl̄m p̄dixerat:erat ſup eos vēturuȝ. ¶ Quinta vō pars eſt denūciatiua futuri exterminij cōtra alias nationes:vt ꝯtra Amon:Thyrum:Egyptū. Et incipit.c.25.[Et factus eſt ſermo dn̄i. Fili hois pone faciem cōtra filios Amon.]Et durat vſq̄ȝ ad capl̄m.33. per octo capitula. ¶ Sexta vō pars eſt reuocatiua captiui populi ab exilio:⁊ ita repromiſſiua gaudij. Et incipit.c.33.[Et factum eſt verbum dn̄i ad me dicens:Fili iſrael loquere ad filios ppl̄i tui.]Extūc etiā ꝓſpera ꝓmittuntur vſq̄ȝ ad capl̄m.40.per ſeptem capl̄a:vbi etiā agitur de Chriſto in pluribus locis:⁊ interſeritur de diſtructione Gog. ¶ Septima quoq̄ȝ ⁊ vltima eſt fabricatiua ſolēnis tabernaculi:⁊ noui tēpli:⁊ ꝯtinet nouem capl̄a:a.40.vſq̄ȝ in finem:vbi etiā tractat̄ de diuiſione terre: ⁊ de ritu altaris:⁊ ſacrificij. Et in hoc Ezechiel terminatur.

¶ Diuiſio libri Danielis.

Nunc accedit Daniel. Et diuidit̄ in quinq̄ȝ ptes. ¶ In p̄ma nāq̄ȝ ponit̄ reſpectu Danielis acq̄ſitio intellectus ⁊ ſapiētie. Et hoc cōtinet̄ capl̄o primo. ¶ In ſecūda vō ponit̄ declaratio ſue intelligētie:a capl̄o.2. vſq̄ȝ ad.3.excluſiue. ¶ Nam in ſecūdo declarat̄ ſua intelligētia in ordine ad ſomnia: q: interpretatus eſt ſomnium Nabuchodonoſor:vt ibi patet. ¶ In tertio vō ordie ad viſa:q: angelus dn̄i in ſpecie quarti viri viſibilis apparuit in fornace. ¶ In quarto vō in ordine ad audita:vbi interpretat̄ Daniel vocem ſancti ⁊ vigilis de celo clamantis: [Succidite arborem ⁊c̄.] ¶ In quinto vō ordine ad ſcripta:q: ſcripturam illaȝ interpretat⁹ eſt:[Mane:Thethel:Phares.]Ex q̄bus declaratur qualiter fuit ſpūs intelligētie in ipſo Daniele. ¶ In tertia vō pte ponitur reſpectu Danielis teſtimoniū ſanctimonie:qui miſſus in lacum leonum:q: nolebat adorare regē:miraculoſe extitit a leonibus liberatus. Et hec pars ꝯtinet̄ in.6.c. ¶ In quarta vō parte ponitur cōtinuatio pure ꝓphetie. Et icipit.c.7.[Anno p̄mo.] Et ꝯtenditur vſq̄ȝ ad.c.13.excluſiue. Et cōtinet ſex capl̄a:⁊ quattuor viſiones ꝓpheticas. ¶ In ſeptimo nanq̄ȝ capl̄o ſub quattuor beſtijs:ſucceſſio quattuor monarchiarū: ⁊ quattuor regnoꝝ:Et introducit̄ regnum Chriſti tanq̄ȝ quintuȝ. ¶ In octauo vō capitulo ꝓphetat̄ deſtructio regni Medorū: ⁊ introductio regni Grecoꝝ ſub metaphora arietis ⁊ hyrci. ¶ In nono vō capl̄o ꝓphetatur reductio iudeoꝝ:⁊ egreſſus de captiuitate:⁊ ibi addit̄ de aduentu Chriſti:⁊ eius morte:ſub myſterio.lxx. ebdomadarū. ¶ In.x.vō ⁊.xj.introducit: ac ꝓphetatur deſtructio regni Grecoꝝ:⁊ pſequutio Machabeoꝝ:⁊ agit̄ de Antichriſto. ¶ Et tandem.c.12.agitur de reſurrectione:⁊ finali iudicio cūctoꝝ. Et ſic finitur quarta pars Danielis. ¶ In q̄nto vō ponit̄ annotatio duplicis hyſtorie per duo capl̄a vltima: Suſanne quidem ⁊ vtriuſq̄ȝ ſenis:in.13. Draconis vō ⁊ bel̄.in.14.vbi etiam agitur de apportatione ꝓphete Abachuc per angelum ſup lacu leonum:vbi Daniel erat. Et concluditur totus liber in liberatione Danielis.

¶ Diuiſio libri.xij. Prophetarum.

Nunc accedit liber.xij. ꝓphetarum. Quorū q̄dem ſunt quattuor cōminatorij vt Oſee:Johel:Amos:Micheas. Et quattuor cōſolatorij reſpectu iudeoꝝ:q: cōminant̄ alijs nationib⁹ que erāt eis infeſte. Abdias.ſ.Jonas:Naum:⁊ Abachuc. Et quattuor reuocatorij:qui reuocāt populum a ca

ptiuitate.ſ.Sophonias:Agge⁹:Zacharias: ⁊ Malachias. ¶ Rurſum quattuoꝛ ꝓphe te cõminatoꝛij captiuitatis iudeoꝝ ſic diui/ dũtur:ꝙ Oſee cõminaṫ vtriqꝫ regno iſrae/ litico ⁊ iudaico. ¶ Johel ṽo tãtũmodo du abus tribubus:ſiue regno iudaico(vt Hie ronymus dicit.) ¶ Amos ṽo non ſoluꝫ iſti duplici regno:imo ⁊ omni regno finitimo: qꝛ ⁊ Damaſco:⁊ Gaze:⁊ Tyro : ⁊ Amoni/ tis:⁊ Moabitis. ¶ Micheas aũt principa liter cõminaṫ regno iſraelitico:qꝛ fuit cauſa erroꝛis alteri regno. ¶ Rurſum quattuoꝛ illi qui ſunt cõſolatoꝛij ſic diuidũtur ꝙ Ab/ dias loquiṫ cõtra regnũ Jdumeoꝝ:qꝛ Jdu mei nati ſunt de Eſau:⁊ emuli erant Jſrae/ li. ¶ Jonas ṽo loquitur cõtra Niniuen : ⁊ regnum Aſſyrioꝝ. Sed tamẽ qꝛ ad pꝛedica tionem eius egerũt penitẽtiaꝫ : ꝓphetata ꝑ Jonam ſuſpẽſa ſunt pꝛo tũc a clemẽtiſſimo deo. Et ideo ſuccedit Naum:qui rurſuꝫ cõ minatur cõtra Niniuen:⁊ regnũ Aſſyrioꝝ qꝛ nõ perſeuerauerunt in penitẽtia:ſed poſt deceꝫ tribus captiuauerũt. ¶ Abachuc ṽo loquiṫ cõtra Nabuchodonoſoꝛ : ⁊ regnum Chaldeoꝝ : qui captiuauerũt duas tribus. ¶ Rurſum quattuoꝛ illi ꝓphete qui ſunt reuocatoꝛij ſic diſtinguũtur:ꝙ Sophonias pꝛedicit reuocationẽ futuraꝫ. Aggeus ⁊ Za charias cernũt eam pꝛeſentem ⁊ exhibitaꝫ. Et hoꝛtãtur populum ad exeũdum Baby loniam:⁊ reedificãdum tẽpluꝫ ⁊ Hierl'm ci uitatem ſanctam. Malachias ṽo cernit eaꝫ pꝛeteritam:⁊ ideo monet ad timẽdum deũ: ⁊ ad vitam ſanctaꝫ:⁊ maxime ſacerdotes ⁊ tribum leuiticam. Et ſꝫm hoc diſtinguũtur duodecim pꝛophete.

¶ Diuiſio libꝛi Oſee.

**I**ncipit ergo ꝓ= pheta Oſee libꝛum duodecim pꝛophetarum. Et diuiditur in quinqꝫ partes pꝛincipales. ¶ Jn pꝛima nãqꝫ aſſumit perſonaꝫ vatis futura pꝛeoſtẽ/ dẽtis in ſeipſo:quaſi ſub quodam poꝛtento: ⁊ ſigno. Et hoc in tribus pꝛimis capitulis. Jn qb⁹ de foꝛnicaria generat duos filios:⁊ vnam filiam:⁊ cum hoc de mãdato dei dili git mulierem adulteram:ab alio dilectam: que oĩa ſignãter erãt pꝛodigia ⁊ pꝛeſagia fu/ turoꝝ:que erant vẽtura ſuper populũ iſrae liticum decem tribuum:⁊ etiam duarum. ¶ Jn tertia ṽo aſſumit perſonã iudicis cõ tendẽtis:iudicio cum populo cõtra quẽ ꝓ/ phetabat. Unde inducit dñm quaſi iudicio ſe ſubmittentem. Et incipit pars illa. 4°. c. [Audite verbum dñi filij iſrael:qꝛ iudiciuꝫ dño cuꝫ habitatoꝛibus terre.] Et durat per quattuoꝛ capl'a vſqꝫ ad. 8. excluſiue. ¶ Jn tertia ṽo parte aſſumit perſonam pꝛeconis poſtq̃ꝫ finitum eſt iudicium : pꝛeconis inq̃ꝫ clãgentis cum inſtrumento. Et hoc. c. 8. qđ incipit:[Jn gutture tuo ſit tuba.] Et ꝓten/ ditur per totum ſequẽs capl'm vſqꝫ ad deci mum excluſiue. ¶ Jn quarta ṽo parte aſſu mit perſonaꝫ patris ſup receptis beneficijs arguẽtis:⁊ memoꝛiam faciẽtis de multipli/ ci bono ſuper quo erant ingrati. Et incipit pars illa. c. x. [Uitis frondoſa iſrael. Et du/ rat per quattuoꝛ capitula vſqꝫ ad. 14. exclu ſiue. ¶ Jn q̃nta ṽo parte ⁊ vltima aſſumit pſonã amici familiariter ⁊ amicabiliter ꝓui dẽtis de ſano cõſilio. Et incipit pars illa. c. 14. [Pereat Samaria.] Sequitur:[Cõuer tere iſrael ad dñm deũ tuuꝫ:tollite vobiſcũ verba:⁊ cõuertimini ⁊c̃.] ¶ Et qꝛ cõtinua re iſtum ꝓphetam eſt valde difficile:Jccir/ co circa quãlibet ex his partibus amplius inſiſtẽdum eſt. ¶ Pꝛima ergo pars:in qua ꝓcedit per modum vatis ſub quodã ſignoꝛ ⁊ poꝛtẽto cõtinet ſeptẽ particulas. ¶ Pꝛi/ mo nãqꝫ ꝓpheta pꝛedicit futuram penã ſu/ per ⁊ cõtra domum regiam:domum videlꝫ Jheu:de cuius ſtirpe erat Jeroboam:in cu ius tpe pꝛophetabat. Et hoc facit in pꝛimo poꝛtẽto. Quia in pꝛimo filio nato de foꝛni/ caria:quem appellabat Jezrael. Et durat il la particula poſt titulum poſitum in pꝛinci pio:[Uerbum dñi:qđ factum eſt.] ſtatim a pꝛincipio tractatus:qui incipit: [Uade ſu/ me tibi vxoꝛem foꝛnicationũ.] vſqꝫ ibi: [Et cõcepit adhuc.] ¶ Secũdo ṽo pꝛedicit in tota plebe decem tribuum:⁊ duarum capti uitatem futuram. Sed duarum tẽpoꝛalẽ:⁊ decem perpetuã. Et hoc in ſecũdo poꝛtẽto

de filia

de filia:que vocata eſt abſq; miſicordia. Et durat illa particula a loco illo: Et cōcepit adhuc. vſq; ibi: Et cōcepit ⁊ peperit ei filiuz. ¶ Tertio vo ꝓpheta conuertit ſe ad vtriuſq; cecitatem venturam:⁊ cordis duritiam habituraz pro tpe Chriſti. Et hoc ſub facto portēto de filio:qui dictꝰ eſt: Nō populus meus vos. quod hodie verificat in iudeis. Et incipit in illo loco: Et concepit ⁊ peperit. Et durat vſq; ibi: Et eris in loco vbi dicetur eis. ¶ Quarto vo preuidet ⁊ predicit illiꝰ populi excecati illuminationem ſm partem aliquā.ſ.ſm reliquias:que ſalue facte ſunt.ſ.apl'oꝝ:⁊ diſcipuloꝝ:⁊ credētiuz:qui fuerunt ex iudeis. Et incipit in loco illo: Et eris in loco vbi dicet eis. Et durat vſq; in finem primi capl'i. ¶ Quinto vo regredit ad captiuitatem predictam: oſtēdendo eam iuſtam. Et ſup hoc interpellat iudicium eoꝝ:qui ſalui facti ſunt:⁊ miſericordiam cōſequuti:videlz reliquiaruz. Et incipit particula illa capl'o.3º. Dicite fratribus veſtris:popule meus. Judicate matrem veſtram iudicate. Et durat vſq; ibi: Propter hoc:ecce ego lactabo. i medio capituli. ¶ Sexto vo reuertit ad illuminationem reliquiaꝝ ꝓmiſſarū. Et incipit illa particula vbi precedens definit: Propter hoc ecce ego. Seqtur: Adducaz eam in ſolitudinem:⁊ loquar ad cor eius:⁊ dabo ei vinitores ex eodē loco:⁊ ſpōſabo te mihi in ſempiternum:⁊ ſpōſabo te in fide ⁊c. que ſpectāt ad apl'os:diſcipulos:⁊ credētes:vſq; in finez ſecūdi capituli. ¶ Septimo vo appetit miam aliam:⁊ cōuerſionē filioꝝ iſrael iā futuram poſt lōgam moram tpis ⁊ diſtātiā: cōuerſionem videlz finalem ⁊ vltimam:dū intrauerit gentium plenitudo:⁊ hoc.c.3. p totum:vbi poſito portēto de muliere adultera:multis diebus expectāte:ꝯcludit: ꝙ dies multos ſedebūt filij iſrael ſine rege:⁊ ſine ſacrificio:⁊ ſine altari:ſicut eſt dies hec. Et additur ꝙ poſt hec reuertentur: ⁊ querēt dñm deum ſuū:⁊ Dauid regem ſuuz.ſ. Jeſum Chriſtū. ¶ Circa tertiam vo partē principalem:vbi induit pſonam iudicis in quattuor capitulis per ordinem:octo facit.

¶ Primo nāq; introducit dñm ſubeūtem iudicium: ⁊ allegantem multiplex peccatum filioꝝ iſrael:⁊ hoc in principio capituli vbi ſubdit: Non eſt veritas:⁊ nō eſt miſericordia:maledictum ⁊ homicidiū inūdauerūt:⁊ ſanguis ſanguinē tetigit. Et ſtatiz ſubdit flagelluz: Propter hoc lugebit terra. Et ſic ponit dñm volētem ſubire iudicium:an iuſte flagellet. Sed ex altera parte oſtēdit cauſe defectum:q: filij iſrael volunt ſubire iudiciuz. Et hoc ibi: Verūtñ vnuſquiſq; nō iudicet ⁊c. ¶ Secūdo vo ex quo nolūt ſubire iudiciū:ꝓpheta cōminatur flagellum decem tribubꝰ ꝓpter duplex peccatum.ſ.ꝓpter peccatū ignorātie:q: legē dñi erāt obliti:ꝓpter qḋ ait: Nocte feci tacere matrem tuam:eo ꝙ nō habuit ſciētiaz. Et ꝓpter peccatuz idolatrie quo fornicati ſunt ꝯtra dñz:⁊ idola coluerūt. Tūc ꝓpter hoc ſubiūgit: Fornicati ſunt:⁊ nō ceſſauerūt. Duratq; illa pars ab illo loco: Nocte tacere feci. vſq; ibi: Si fornicaris tu iſrael: nō delinquat ſaltem Juda: vſq; in finem capituli quarti. ¶ Tertio vo ꝓpheta igreditur iudicium:omiſſo toto populo cum cetu ſacerdotum ⁊ principum:ac minoꝝ. Et hoc quinto capl'o:qḋ incipit: Audite hec ſacerdotes. vſq; ibi: Ruet etiā iuda. ¶ Quarto vo cōminat duabꝰ tribubꝰ:q: nō ſunt ſequute ſuum cōſilium. Et hoc ab illo loco: Ruet etiā Juda. vſq; ibi: Effraim in deſolatione erit. ¶ Quinto vo oſtēdit ppl'm iſrael deſolatum querētē ſibi ſubſidiuz ſuperfluum:⁊ inutile regis aſſyrioꝝ:quū tamē deberet pro refugio in tribulationibus ⁊ flagellis iſtis recurrere ad dñm. Et hoc ab illo loco: Effraim in deſolatione erit. vbi ſequit: Jn die correctionis: in tribubꝰ iſrael oſtēdi fidem. Et ſequit: Abijt effraim ad aſſur:miſit ad regem vltorem:⁊ ipſe nō poterit ſanare nos. vſq; ibi: Vadēs reuertar ad locum meū. ¶ Sexto vo ꝯuertit ſe ad tēpus futuruz:videlz ad tēpus Chriſti:pro quo reuertent ⁊ cōfugient ad ipſum iſta occaſione nacta:q: loquutus fuerat de ꝯfugio ipſoꝝ ad aſſyrium. Et incipit pars illa: Vadens ⁊ reuertar ad locum meū donec defi/

ciatis: ꝛ queratis faciē meam.⌋ Que ſunt v̄ba Chriſti dicētis:⌊ Nō me videbitis amodo: donec dicatis: Bn̄dict⁹ qui venit ꝛc̄.⌋ Et durat p. vj. capl'm: qd incipit:⌊ In tribulatione ſua.⌋ Ubi ꝛ agit de xp̄i reſurrectione: cū ait:⌊ Uiuificabit nos p duos dies ꝛc̄.⌋ Et eterna generatione a patre: cum ſubdit:⌊ Quaſi diluculū preparat⁹ eſt egreſſus ei⁹.⌋ Et tēporali natiuitate ex matre: cuȝ ait:⌊ ꝙ veniet nobis quaſi hymber tēporane⁹.⌋ Et finitur particula iſta in v̄ſiculo illo:⌊ Quia miſericordiam volui: ꝛ non ſacrificiū: ꝛ ſciētiam dei plus q̄ȝ holocauſtū.⌋ ¶ Septimo ꝓmittit duabus tribubus miſericordē aiuȝ ꝛ decem tribub⁹ claudit ipſum. Et incipit illa particula in loco illo:⌊ Ipſi ſicut Adam preuaricati ſunt pactum meum.⌋ vbi ꝛ ſequtur:⌊ Cōtaminatus eſt iſrael: ſed ꝛ Iuda pone meſſem tibi: quū cōuertero captiuitateȝ populi mei.⌋ Et ibi pars illa: ꝛ capl'm ſextū finitur. ¶ Octauo v̄o ꝓpheta ex pſona dn̄i apit huius diuerſitatis cām ꝛ motiuū: quare. ſ. ſuper iſrael claudet ſinum miſericordie quū ſup duas tribus apiet ipſum. Et icipit particula illa:⌊ Cum ſanare vellem iſrael: reuelata eſt iniqtas effraim.⌋ in principio capituli ſeptimi. Et durat vſq; in finem p totum: vbi deſcribit culpā Jeroboam ſub nomine Effraim: qui induxit populū ad idolatriam. Et oſtēdit ꝙ nullus ex regib⁹ eoꝝ clamauit ad dn̄m: nec reuerſus eſt ad eum: ſed oēs ceciderūt. vnde dicit:⌊ Effraim panis ſubcineritius: qui nō reuerſat ꝛc̄.⌋ Cuȝ tamē ex regibus Iuda multi reuerſi fuerūt ad deum. Et hec eſt cauſa quare dei miſericordia non ſanauit iſrael: ſicut ſanauit duas tribus. ¶ Circa partem v̄o tertiam: vbi ꝓpheta poſt iudicium aſſumit pſonam preconis clāgētis. Duo facit ꝓpheta. ¶ Primo nāq; clāgit filioꝝ iſrael p̄uaricationē ꝛ correſpōdentē punitionē per totū capitulū. 8. ¶ Tertio v̄o clāgit eoꝝ mirabilē mutationem ꝛ ſubuerſionē de vno ſtatu in alteruȝ: de ſtatu. ſ. pſpero in ſtatum aduerſum: p totum capl'm nonū. ¶ In octauo ergo capl'o qd incipit:⌊ In gutture tuo.⌋ clāgit duplicē preuaricationē: ꝛ duplicem punitionē: duplicem culpam: ꝛ duplicē penam. ¶ Primo clāgit primam culpam. ſ. trāſgreſſioneȝ legis: a principio capl'i vſq; ibi:⌊ Ipſi regnauerūt ꝛ nō ex me.⌋ ¶ Secūdo clāgit ſcdaȝ culpam. ſ. aſſumptionem regis Jeroboam: ꝛ oium qui regnauerūt in decem tribubus deinceps cōtra volūtatē diuinam: volūtatē inq̄ȝ beneplaciti: quāuis nō cōtra pmiſſionem dei: qd ꝓbat: q2 ex auro ſuo ꝛ argēto fecerūt idolum: ꝛ dimiſerūt deum. Et ſtatim fecerūt deriſionē. Subdit cōtra vitulū: quē fecerūt deū: vbi dicit:⌊ Qm̄ i araneaꝝ telas erit vitulus Samarie.⌋ Et durat illa particula a loco illo:⌊ Ipſi regnauerūt.⌋ vſq; deuoratus eſt iſrael.⌋ ¶ Tertio clāgit primam penam: que corr̄ndet aſſumptioni regis cōtra volūtatem dei. Et hec pena fuit pſequutio facta ab aſſyriis tpe Phyn: ꝛ Theglath phalaſar: Salmanaſar: ꝛ Sennacherib. Et durat pars iſta ab illo loco:⌊ Deuoratus eſt iſrael. Nūc factus eſt iſrael quaſi vas immūdum: q2 ipſi aſcenderunt ab aſſur.⌋ vſq; ibi:⌊ Quia multiplicauit.⌋ ¶ Clāgit quarto ſecūdam penam corr̄ndentem trāſgreſſioni: que pena fuit pſequutio illata ab egyptiis. Et incipit particula illa vbi definit precedens:⌊ Quia multiplicauit.⌋ vſq; in finē capituli. Unde ꝛ inferēdo concludit:⌊ Ipſi in egyptū cōuertētur.⌋ ¶ In nono v̄o capl'o deſcribit ꝓpheta ſex mutationes filioꝝ iſrl' de ſtatu pſpo in aduerſum. ¶ Primo q̄dē de opulētia ꝛ letitia: in famem: ꝛ triſtitiam: ac ſterilitatē abūdantie cōtrariā. Et hoc in principio capl'i:⌊ Noli letari.⌋ vſq; ibi:⌊ Scitote iſrael.⌋ ¶ Scdo v̄o clangit cōmutationem ſapiētie ꝛ ꝓphetie: qua p̄ditus fuit populus iſrael in ſtultitiam ꝛ amētiaȝ. Et hoc ab iſto loco:⌊ Scitote iſrael ſtultū ꝓphetam inſanū.⌋ vſq; ibi:⌊ Quaſi vuas in deſerto.⌋ ¶ Tertio clangit cōmutationē ſanctitatis quā in patrib⁹ habuit: in peccata: ꝛ in ſpurcitiam: quam tūc habebat tpe quo Oſee ꝓphetabat. Et h̄ ab illo loco:⌊ Quaſi vuas.⌋ vſq; ibi:⌊ Effraim quaſi auis aduolauit.⌋ ¶ Quarto v̄o clāgit cōmutationē fecunditatis filioꝝ in ꝓlis carētiam: quū tn̄ eis ꝓmiſſum fuerit ꝙ multiplicarent̄ ſicut ſtelle

celi.

celi.Et hoc a loco illo:[Effraim q̃ſi auis.] vſq; ibi:[Effraim vt vidi.] ¶ Quinto clãgit cõmutationez dignitatis in ignominiã: ⁊ opprobrium:a loco predicto:[Effraim vt vidi tyrus erat.]vſq; ibi:[Da eis domine.] ¶ Sexto ꝓpheta inducit ſup hoc orationẽ ſuã a loco illo:[Da eis dñe.]vſq; ibi:[Abijciet eos dñs deus meus:q: nõ audierũt eũ: ⁊ erũt vagi in nationibus.]vbi vertit ſe ad tẽpus Chriſti:q: hodie filij iſrael vagãtur.

¶ Circa partem võ quartam: vbi ꝓpheta aſſumit pſonã patris arguẽtis: ac beneficia recolẽtis:que in quattuor capl'is cõtinetur. ſic ꝓcedit ꝓpheta ꝙ arguit eoꝝ ingratitudinem:quadruplex bñficium recolendo.

¶ Primo recollectionem terre vberrime: c.x.[Uitis frondoſa iſrael. ¶ Secũdo eductionez ab egyptiaca ſeruitute.c.xj.[Sicut mane trãſit.] ¶ Tertio ꝓtectionem Jacob in ſua peregrinatione in Meſopotamia ſyrie.ca.xij.[Effraim paſcit.] ¶ Quarto cuſtoditionem totius populi in deſerto:⁊ ſolitudine.c.xiij.[Loquẽte effraim.] ¶ In.x. ergo capl'o eoꝝ igratitudinẽ arguit ad memoriam reuocãdo bñficiũ poſſeſſionis terre vberrime.Unde incipit:[Uitis frõdoſa iſrael:fructus adequatus eſt ei.] quod refertur ad opulẽtiã terre ſancte. Et ſtatim ſubdit eoꝝ ingratitudinez ibi:[Secũdũ multitudinẽ fruct⁹ ſui multiplicauit altaria iuxta vbertatez ⁊c̃.] ¶ Et ſtatim ſubdit pene ꝓportionem:[Introibũt ipſi:cõfringẽtur ſimul ⁊c̃.] ¶ Rurſum reſumit beneficij magnitudinez:ibi:[Effraim vitula docta ⁊c̃.] Subdit de tẽpore Chriſti:[Tẽpus aũt requirẽdi dñm:quuz venerit:qui docebit nos iuſtitiam.]Tũc ſubiũgit ingratitudinẽ:[Paraſtis inigtatem ⁊c̃.]Et demuz cõcludit pene ꝓportionẽ:Cõſurget tumultus in populo ⁊c̃.] ¶ In.c võ.xj.arguit eoꝝ ingratitudinem:ad memoriam reuocãdo ſecũdũ beneficium eductionis.ſ.de egyptiaca ſeruitute.Et incipit:[Sicut mane trãſit:ptranſijt rex iſrael:]vbi reuocat ad memoriaz qualiter ipſos de egypto per Moyſen: ⁊ Aaron euocat dicẽs:[Ex egypto vocaui filiuz meum ⁊c̃.] ¶ Qualiter eos enutriuit:⁊ mana te educauit:ſubdẽs:[Et ego quaſi nutriti⁹ effraim.] ¶ Qualiter eos traxit:direxit: ⁊ inuitauit:ſubdens:[In funiculis Adam traham eos.]Et q: ſuper hijs erant effecti ingrati:ad idola iam cõuerſi:Iccirco predicit qualiter eos per aſſyrios captiuabit:quãuis nõ reuertanť in egyptũ.Unde ſubdit:[Et ero eis quaſi exaltans iugum: ⁊ Aſſur ipſe rex eius ⁊c̃.]Demum motus miſericordia: predicit ꝙ non cõſumet eos totaliter: ſicut Adamã:⁊ Soboim cõſumpſit: ſed aliquos liberabit de decem tribubus:vnus cum Juda.Et hoc ab illa parte:[Quomodo dabo te ſicut Adamã.]vſq; i finẽ capl'i vndecimi.

¶ In.c.võ.xij. arguit eoꝝ ingratitudinez: tertium beneficium ad memoriam reducẽdo.Protectionẽ.ſ.patris eoꝝ Jacob in ſua peregrinatione:dum iuit in Meſopotamiã ſyrie.Et premittit eoꝝ ingratitudinẽ in pͥncipio capl'i:[Effraim paſcit vẽtũ.] Subdit beneficij magnitudinẽ reſpectu Jacob:ibi:[Judicium dñi cuz Juda.In vtero ſupplãtauit fratrem ſuum:⁊ inualuit ad angeluz.] ¶ Rurſum reſumit ingratitudinẽ.[Et dixit effraim:Uerũtamen diues ⁊c̃.] Subdit beneficij magnitudinez:[Et ego dñs deus tuus de terra egypti. ¶ Rurſum cediť ad eorum ingratitudinem:ibi:[Si in Galaad idolum.] ¶ Rurſuz ad ſui bñficij magnitudinem:[Fugit Jacob.]Demũ cõcludit pene ꝓportionem:ibi:[Ad iracũdiam ⁊c̃.]

¶ In capl'o võ.xiij.arguit eoꝝ ingratitudinem:quaſi beneficium recolẽdo cuſtoditionis:videlz in deſerto:⁊ ſolitudinis. Et premittit eoꝝ ingratitudinẽ in principio:[Loquẽte effraim.]Subdit pene ꝓportionem:[Iccirco erũt quaſi nubes.] Subdit ſui beneficij magnitudinem:[Ego aũt dñs deus tu⁹.ego cognoui te in deſerto.]Rurſum reſumit eoꝝ ingratitudinem:ibi:[Adimpleti ſunt.] ¶ Addit pene ꝓportionez:[Et ego ero eis quaſi leena.]Rurſum ſui bñficij magnitudinẽ:ibi:[Perditio tua iſrl':tm̃mõ ex me auxilium tuũ.]Et iteruz eoꝝ ingratitudinem:[Colligata eſt iniquitas effraim.] ¶ Rurſum pene ꝓportionem:[Dolores parturiẽtis.]Adhuc ſui beneficij magnitu-

dinē:[De manu mortis liberabo eos.] De/
muʒ pene ꝓportionē:[Cōſolatio tua abſcō/
dita eſt ꝛc̄.] Ibi enim cōtinetur beneficium
deſtructionis ꝛ inferni per Chriſtuʒ: [Ero
mors tua o mors:morſus tuus ero iferne.]
Et ſm hoc patet qualiter in iſtis quattuor
capitulis ſe habuit ꝓpheta ad modum pa/
tris filiorꝫ ingratitudinem arguētis per cō/
paratione ad beneficia iam collata:in qbus
ēt occaſione nacta in pluribꝰ locis:ad Chri/
ſti tēpora ſe cōuertit. ¶ Circa qntā vo par
tem ꝛ vltimam:que in.xiiij.c.cōtinetur:aſ/
ſumens ꝓpheta pſonam conſulentis amici.
¶ Primo ex ſua indignatione cōtra filios
iſrael:qꝛ deū reliquerūt. Unde incipit:[Pe
reat Samaria:qm̄ ad amaritudinē ꝯcitauit
deum ſuuʒ.] ¶ Secūdo ſubdit ſuam cōſul/
tationem:[Cōuertere iſrael ad dn̄m deum
tuuʒ.] ¶ Tertio addit dei ꝓmiſſionē:[Sa
nabo cōtritiones eorꝫ:diligam eos ſponta/
nee.] ¶ Quarto ꝛ vltimo imponit ꝓphe/
tie finem:ꝛ cōcluſionē:excitādo nr̄am attē/
tionem:ibi:[Quis ſapiēs ꝛ intelliget iſta?]
Et in hoc Oſee finitur.

¶ Diuiſio libri Johelis.

Nunc accedit Jo/
hel. Et diuidiꝰ in duas partes
ſm partē cōminatiuam pene:ꝛ
captiuitatis. Et in partem repromiſſiuā ve
nie:ꝛ iocūditatis. Et icipit ſecūda pars cir/
ca medium capl'i ſecūdi:[Nunc ergo dicit
dn̄s:Cōuertimini ad me in toto corde ve/
ſtro.] ¶ In cōminādo vo primo pdicit re/
ſpectu totius religiōis iudee deuaſtationē.
Et hoc in capl'o primo:vbi auditores pmo
reddit attētos.[Audite hec ſeneſ ꝛc̄.] Dein
de ſubdit ſermones parabolicos de come/
ſtione eruce:locuſte:bruci:ꝛ rubiginis:que
deſignabāt quattuor Monarchias:que iu/
deos per ſucceſſionem tpis corroſerūt:ibi:
[Reſiduum eruce ꝛc̄.] Deinde parabolam
adoptat ad partum ibi:[Gens enim aſcen/
det ad terraʒ meā.] Deinde ſuper hoc inui/
tat ad lamētum ꝛ plāctum:[Plange quaſi
virgo ꝛc̄.] Et inuitat virgines:agricolas:ſa
cerdotes:aialia:ꝛ greges:cāpos:ꝛ fontes:p
hoc oēs reſpectu regionis imēſam deuaſta/
tionem. ¶ Secūdo vo principaliter com/
minatur reſpectu ſyon:ꝛ regie ciuitatis ob/
ſidionem : captionem:ꝛ depopulationem:
in principio capituli ſecundi:[Canite tuba
in ſyon.] vbi primo exercitus cōgregatur.
Deinde ibi:[Ante faciem eius ignis ꝛc̄.]
Per exercitum ciuitas ꝯturbatur. Deinde
ibi:[vrbem ingrediātur.] Per exercituʒ ci/
uitas captiuaꝰ:ꝛ depopulatur. Et ſic finitur
pars prima:que erat cōminatiua. ¶ Tūc ſe
quiꝰ ſecūda pars repromiſſiua venie:[Nūc
ergo in toto corde.] vbi facit ꝓpheta qnqꝫ.
¶ Primo nāqꝫ hortaꝰ ad pn̄iam. ¶ Secū
do vo ibi:[Zelatus eſt dn̄s terram ſuam cō/
ſolatur:repromittēdo multam beniuolētiā
nerent de illa terra bene vſqꝫ ad.xx.dietas:
prenimia exultatione ⁊ reuerētia voluit an
geluꝫ adorare ſed prohibitum eſt ⁊ dictum
eſt ei vt adoraret deum ⁊ dominū Jeſum q
erat teſtis horum librorum ⁊ dominus ois
ſpiritus ꝓphetici:⁊ omnis viſiōis.¶ De/
10 cimo ibi:[Et vidi celum aptuꝫ.]Predicit
ſcdi regni.ſ.regis Hieroſolymitani ſubſti/
tutionem ⁊ ipſius multipliceꝫ excellentiā.
Legitur enim ꝙ āno domini.1100. Godo/
fredus Lothoringie qui electus fuerat in
regem Hieroſolymitanuꝫ mortuus eſt:fra/
terqꝫ eius nomie Balduinus vir Magna/
nimus ⁊ fidei deuotus ⁊ in bello ſtrenuiſſi/
mus ſibi in regem ſubſtitutus eſt : ⁊ apud
Bethleeꝫ coronatus mox ſarracenos inua
dens cepit ceſaream paleſtine ⁊ admiratuꝫ
ac epiſcopum ſarracenoruꝫ ibidem exiſten/
tem:⁊ regnū plurimū dilatauit.Et qr circa
illa tempora incepit ordo hoſpitalariorum
⁊ templariorum ⁊ domus theothonice qui
ſunt ⁊ fuerūt ordines militares:⁊ ſigno cru
cis inſigniti ac qdam celeſtis exercitus. ic/
circo Joānes ſe dicit vidiſſe equum album
⁊ Baldoinus q ſedebat ſup euꝫ vocabatur
fidelis in ordine ad xp̄m ⁊ verax quantum
ad votum qd̄ fecerat de paſſagio vltramari
no:⁊ iudicabat cū iuſtitia in ordine ad pro/
ximum:⁊ cum iuſtitia pugnabat ꝯtra ſectā
ſarracenoruꝫ : ⁊ oculi eius erant ſicut flam/
ma ignis ratione feruoris ⁊ zeli quā habe/
bat pro fide:⁊ in capite eius erāt multa dia
demata ꝓpter crebras victorias: ⁊ propter
hoc ſubdit ꝙ veſtitꝰ erat veſte aſperſa ſan/
guine ſarracenorum : ⁊ vocabatur eius no
men verbum dei:quia propter predicatio/
nem:ſacrāmenta ⁊ verbum fidei terraꝫ ſuā
Lothoringiaꝫ dimiſerat ⁊ venerat in terrā
ſanctam: exercitus etiam celi hoſpitalarij.
ſ.templarij ⁊ theotonici ſequebatur euꝫ in
equis albis:veſtiti biſſo : h̄ e iuſtitia ⁊ ſctita
te.Nam ipſemet Joānes ita expoſuit ſupra
biſſinū.Habebat etiaꝫ ſcriptum in veſtimē
to ſuo ⁊ feruore rex regum:⁊ dominus do/
minantium:qr amore regis regū inter alias
virtutes continētiam ⁊ caſtitateꝫ ſeruabat.
Regnum autem Hieroſolymorum ceteris
dignius ⁊ nobilius reputatur ꝓpter qd̄ re/
gnans in eo poterat dici rex regum:⁊ p an/
thonomaſiam ſicut roſa flos floruꝫ.¶ Un/ 11
decimo ibi:[Uidi vnum angelum.]Predi
cit Joānes patriarche Hieroſolymitani: q
dicebatur Ardus exhortationeꝫ ⁊ prophe/
tiam.Legitur enim ꝙ Balduino corona/
to ſarraceni habuerunt reſpōſum a demo/
nijs vaticinantibus eis ꝙ Hieruſaleꝫ eſſet
cito ab eis capienda: ⁊ funditus deſtruen/
da ⁊ ꝙ omnibꝰ nefandis horribilius dictuꝫ
eſt ipſam dominici glorioſi ſepulchri petraꝫ
fuſtratim confringendā:crucem quoqꝫ do/
minicam ad mare delatam in remotiſſimo
pelago ſubmergēdam.Et propter iſtud re/
ſponſum valde animati ſunt ſarraceni ad
impugnādum xp̄ianos.Quod audiens pa
triarcha Ardus xp̄ianos econtra excitabat
aſſerens ꝙ ipſi facerent magnam ſtragem
de ſarracenis ita vt aues celi poſſent ſatura
ri de carnibus regum tribunorum: ⁊ equo/
rum:⁊ hoc eſt qd̄ hic dicit Joānes ſe audi/
uiſſe vnum angelum videlꝫ patriarcham
ſtantem in ſole intelligētie:⁊ prophetie vel
in ſole autoritatis eccleſiaſtice : qr ſicut ſol
refulſit in templo dei: ⁊ hic clamabat voce
magna omnibus auibus.i.xp̄ianis : vel ad
litteram auibus materialibꝰ vt cōgregaren/
tur ad comedēdū carnes regū ⁊c̄.¶ Duo/ 12
dicio ibi:[Et vidi beſtiā.]predicit Baldui
ni regis de ſoldano ⁊ eiꝰ exercitu miraculo/
ſaꝫ victoriā.Legitur eniꝫ ꝙ Balduinus an
no ſcd̄o regni ſui tam animoſe contra ſarra
cenos cū ſuis militibus aduolabat ꝙ Tybe
riadem:Sydonē:Acharonē: ⁊ cunctas vr
bes maritimas:tempore breui ſubegit: āno
aūt dn̄i.1134.prefatus rex a ſarracenis pre/
uentus capitur de qua re ſarraceni gaudio
excedentes vſqꝫ ad.lx.milia congregantur
vt chriſtianos a finibus ſuis exterminarent
chriſtiani vero in arcto poſiti vtriqꝫ ſexui:
necnon ⁊ pueris ⁊ lactantibus infantibus
ieiuniuꝫ indicentes : ⁊ exemplo niuitarum
pecoribus pabula denegātes die pugne in/
dicta vix tria milia cum tanta multitudine
ad pugnandum procedunt.Principes aūt
gradiūtur in fronte:prio qdem patriarcha

pro vexillo ferēs crucē xp̄i. Deinde abbas
quondā cluniacenſis ꝓferēs lanceā trāſfixā
in latere Jeſu xp̄i. Deinde ep̄s Beethlimi/
tanus ferēs i pixide lac ſācte virgis marie.
Sarracēi v̊o ne qs poſſit ex xp̄ianis euadē
eos circulariter vndiqꝫ circūcinxerunt. Et
dū ita in ꝓmptu ꝑꝑl'uꝫ dei haberēt: ſplēdor
ſubitus cecidit ſup exercitū paganorū: ⁊ oi
robore viriū deo faciēte illico eneruati in fu
gaꝫ verſi ſūt nō: ſolū a viris: ſed etiā a pue/
ris: ⁊ feminis ceduntᷣ. Et legitᷣ ꝙ perierūt
in bello. 7. milia: i aqs v̊o ſubmerſi ſūt qnqꝫ
milia: ⁊ tn̄ oēs xp̄iani incolumes ſunt re/
uerſi: ⁊ poſt modicū tp̄s ciuitatē illā famo/
ſiſſimam Tyrum xp̄i impio ſubiugauerūt.
Et hoc eſt qd̄ hic p̄dicit Joānes dicens ſe/
uidiſſe beſtiam. i. regē Egypti ⁊ reges terre
admiratos. ſ. ⁊ potētes ſibi ſubiectos ꝯgre
gatos ad faciendū preliū cum eo q ſedebat
in equo albo cuꝫ rege. ſ. Hieroſolymitanoꝝ
ſic capto vt dictū eſt: ⁊ cōprehenſa eſt beſtia
rex illevꝫ ⁊ pſeudo ꝓph̄e q falſo predixerat
Hieruſalē ſubuertendā: ⁊ petraꝫ ſepulchri
dn̄ici ꝯfringēdā: ⁊ miſſi ſūt i ſtagnis ignis
ardentis: qꝛ ⁊ in corpore ⁊ in aia ſūt occiſi.
Ceteri v̊o gladio ſedentis ſup equm ꝯſum
pti ſt: ſicut pꝫ ex hyſtoria p̄miſſa. ¶ 13° ibi:
5 [Et vidi angelū deſcēdētē.] Predicit Joā
nes quādā notabilē reconciliationē factam
inter impatorē Henricū qntum ⁊ Calixtū
papam. Legitᷣ eni ꝙ āno dn̄i. 1122. diſcordia
illa q̄ orta fuerat inter regnū ⁊ ſacerdotiuꝫ
ſub papa Grego. q dict⁹ eſt Hyldebrandus
⁊ exagitata fuerat a ſucceſſorib⁹ eius victo/
re ⁊ vrbano: ⁊ pre oibus erat a paſchali in
magno ſcādalo toti mūdo. Cōſiſtebat aūt
in hoc diſcordia: qꝛ impator volebat auc̄te
⁊ ꝯſuetudine impatorum oium q a Karolo
magno q primus de regib⁹ Francoꝝ impa/
uit Romanis. Jamqꝫ p. 300. ānos ⁊ ampli⁹
imperarat ſub. Apoſtolis ⁊ licite dederant
ep̄atus ⁊ abbacias p virgam ⁊ anulum: ⁊ h̄
eſſe ſuū ius allegabat: hac vtiqꝫ cōſuetudi
ne impator volebat vti: ſed econtra cenſe/
bant ſūmi pontifices Grego. victor vrba/
nus ⁊ paſchalis ex ſentētia ⁊ iudicio ſyno/
dali nec poſſe dari p virgaꝫ: vel anulū ep̄a/
tum vel aliam eccleſiaſticā dignitatem ⁊ in
ueſtituram p manū laicalē: ⁊ qcunqꝫ acci/
piebant excōicabantur: pro recōciliatione
ergo iſta fienda venit Henricus qntus hu/
ius nois impator Romā: ibiqꝫ renunciauit
ſub hӱs verbis. Ego Hēricus impator deo
⁊ ſctis eius Petro ⁊ Paulo: ⁊ dn̄o Pape
Calixto ſctēqꝫ Romane eccleſie dei mitto
oēm inueſtiturā p anulū ⁊ baculū: ⁊ ꝯcedo
in oib⁹ eccleſijs liberā electionē fieri: ⁊ ꝯſe/
crationē. Hui⁹ ergo recōciliatiōis ⁊ alliga/
tionis impialis po'tp̄s predicit Joānes in
hoc loco cū ait: [Et vidi angelū deſcēdēteꝫ
de celo.] Videlꝫ Calixtū papā: [Habenteꝫ
clauē abyſſi]. i. auc̄tē claudēdi portas iferni
⁊ apiēdi portas paradiſi ⁊ ecōuerſo. Nam
eadē eſt clauis celū apiēs ⁊ ifernū claudēs:
[Et habentē etiā cathenā magnā in manu
ſua.] Quia multitudinē p̄latoꝝ cardinaliū
⁊ ep̄orum aſſiſtentiū: vel maxie i facto hoc:
[Et apprehēdit.] Per cēnſurā eccleſiaſticā
⁊ excōicationē. [Draconē ſerpētē ātiquū.]
Qui ē diabolus ⁊ ſathanas p quē inuit im
pluꝫ Romanū: ſathanas eni interp̄tatᷣ ad/
uerſarius vel ꝯ̄trius. Romanū aūt impium
pro maiori parte ſemp fuit ꝯ̄triū ⁊ obuiū fi/
dei xp̄iane: prio qdem abſorbēdo crudelr̄ ⁊
euidēter ſicut draco tpe impatoꝝ paganoꝝ
ſub qbus martirizati ſunt ſcti. Deinde v̊o
ad modū ſerpētis p venenū erroris tpe im/
patoꝝ hereticoꝝ: ⁊ deinde ad modū diabo/
li duos bolos facere cupiētis tpe impatorū
illoꝝ: q nō cōtenti iterdictione. ⁊ auc̄te im/
piali q ſolū ad tpalia ſe extendit: vſurpaue/
runt ſibi auc̄tem ſacerdotalē ⁊ papalē p ba
culū ⁊ anulū dignitates eccleſiaſticas ꝯferē
do: ⁊ in pluribus alӱs iuri eccleſiaſtico de/
rogādo. Subdit aūt ꝙ ligauit ⁊ clauſit ⁊ ſi
gnauit Calixtus papa iſtud imperium au/
ctoritatē illā auferēdo vt deinceps nō ſedu
cat gentes ſymoniace: ⁊ ꝯ̄ ſpm̄ſctm̄ dando
ſpūalia donec ꝯſumentur āni mille: nō qdē
computādi a tpe Calixti nec etiā ab incar/
natōe dn̄i: qꝛ iam trāſiuerūt: ſꝫ a Syluestro
⁊ Cōſtantino: ſub quo ſacerdotes incepūt
regnare: ⁊ vt reges honorari: q an̄ conſue/
uerunt interfici ⁊ viliter ſicut ſui tractari.

14 ¶14°ibi:[Et vidi ſedes.]Predicit Joan/
nes imperij ꝛ ſacerdotij ꝯcordiam firmataꝫ.
Legitur.n.ꝙ ſub tpe imꝑatoris Lotharij q
ſucceſſit Herico ꝑdicto:ꝛ Innocentij pape
ſcdi fuit ſūma concordia inter imperium et
ſacerdotium:ita vt anno dñi.1135.vt mani/
feſtius appareret concordia iꝑatoris ꝛ eccl'ie
in die ſancto pentecoſtes cum papa miſſaꝝ
ſolēnia celebraret aſtātibus imꝑatore ꝑnci/
pibus ꝛ epis viſa eſt corona aurea ꝺ celo de/
ſcendens ſuper monaſterium vbi papa cele
brabat:ſuper coronaꝫ aūt incedebat colum/
ba hn̄s in roſtro thuribulū cū incenſo quā
ardentes cerei ꝓcedere videbātur: q̄ qdem
viſio concordiā impij ꝛ eccl'ie manifeſte ap/
probabat.Et hoc eſt qꝺ hic dicit Joānes ſe
vidiſſe ſedes papalem ꝛ iꝑialem ꝛ ſederunt
ſuper eas papa ꝛ imꝑator:ꝛ iudicium datuꝫ
eſt illis.Sciendum ēt ꝙ illo tpe ordo cano/
nicus ꝑmōſtraten.ꝛ monachoꝝ ciſtercien.
q̄ſi due oliue in conſpectu dei: et q̄ſi due ſe/
des in qbus Chriſtus p deuotiōis pingue/
dinem ꝛ pfectionis lumen ſingulariter reſi/
debat p oēs fere xp̄iani orbis terminos bo/
ne opinionis odore diffuſa:nouas abbatias
vbi cultus dei an̄ non fuerat conſtruebant:
q̄ꝫuis.n.ante incepiſſent:tunc tn̄ ordo Cy/
ſtercien.p beatū Bernardū fuit maxie dila/
tatus:q quaſi ante deficiebat.Unde ergo di
cit Joānes ſe vidiſſe ſedes has ſcilicet duas
religiōes ꝛ multos ſedentes ꝛ qeſcētes i eis
p cōtēplatōem ꝛ mlt'iplicatiōeꝫ pfectionuꝫ.
15 ¶15°ibi:[Et aias decolatorum.]Predixit
Saladini maximā pſecutiōeꝫ quaꝫ exercuit
i xp̄ianos auferendo ab eis terraꝫ ſctām.Le
gitur.n.ꝙ āno dñi.1187.Saladinus inume
rabili multitudine gētium cōgregata Gali/
leam ingreſſus cū exercitu xp̄iano cōgredi/
tur.Et ꝑmo qdeꝫ die noſtri geſſere fortius.
Sed ſecūda die noſtroꝝ ſtrages mirabilis:
ꝛ rex xp̄ianus captꝰē ꝛ crux dñi a ſarracenis
aſportata:ac nunq̄ꝫ nr̄is tpibꝰin aliquo ꝓlio
tantū ſanguis eſt effuſum.Templarij qppe
ꝛ hoſpitalarij:ꝓceresq̄ꝫ ꝛ viri fortiores vel
trucidati vl' capti ſunt.Et ſic xp̄ani(noſtris
exigentibus meritis)ſunt ſarracenis ꝛ gen/
tilibus ſubiugati:ꝛ tota terra ſancta:ꝛ ciui/
tas Hieruſalem vna cum ciuitatibus alijs.
vn̄ vſq̄ꝫ ad.20.dietas de terra quas tenebāt
ante xp̄iani:tradite ſūt in manibus ſoldani.
Hāc igitur deſolatiōnē ꝛ decollatōem xp̄ia/
norum:q: quot ex tēplarijs ꝑſentie ſoldani
oblati ſunt: iubente eo oēs pariter decollā/
tur:ſicut dicit hyſto.hāc vtiq̄ꝫ decollatiōeꝫ
Joānes ꝓuidens dicit ſe vidiſſe aias decol/
latoruꝫ pp v̄bum dei:ꝛ pp teſtimoniū Jeſu
Chriſti. ¶16°ibi:[Et q non adorauerūt.]
Predicit Joānes pticulareꝫ recuperatōem 16
poſt ꝑdictaꝫ deſolatiōem iam factā.Legitur
n.ꝙ āno dñi.1188.creſcebat rumor vndiq̄ꝫ
lamentabilis de trāſmarinis ptibus:ꝛ inge/
miſcebat mundus pl'eſq̄ꝫ ſigno crucis acce/
pto ire Hieruſalē ꝓponebāt.Unde imꝑator
rex Francie ꝛ Anglie:ꝛ Gulielmuꝫ rex Sci
cilie:ꝛ inumerabiles archiepi ꝛ epi:ꝑncipeꝫ
comites:milites:ꝛ barones cruce ſignati ſſ.
Et āno dñi.1191. Achon recepta eſt a xp̄ia/
nis:captōe audita timor ꝛ tremor irruit ſup
ſarracenos.Aſcalonē aliaq̄ꝫ caſtella: q̄ de ma
nu nr̄oꝝ rapuerāt dirimūt:vacuaq̄ꝫ dimit/
tūt.Et poſt h̄ āno dñi.1217.xp̄iani Damia/
tam vrbem valde populoſam ceperunt:vbi
octoginta milia ſarracenoꝝ:taꝫ fame q̄ꝫ gla/
dio pierūt. Igitur hec recuperatio deſigna/
tur cum dicit Joānes ſe vidiſſe eos qui non
adorauerūt beſtiaꝫ regem.ſ.egypti:nec ima/
ginem eius:vꝫ machometū:nec acceperunt
caracterē eius: circūciſionem.ſ.ꝛ cetera exe/
cramenta ſarracenoꝝ.Et ſubdit ꝙ vixerūt
hoc eſt reſtiterūt Saladino cū tn̄ an̄ xp̄iani
in ipſius ꝑſentia mortui viderētur:ꝛ regna
uerunt cum xp̄o mille ānis regnum.ſ.xp̄ia/
nitatis manutenendo vſq̄ꝫ ad tp̄s antixp̄i.
¶17°ibi:[Et ceteri v̄o mortuorum.]Pre/
dicit imperij vacatōem ꝛ ceſſatōem factam
ſb Federico.2.p eccl'ie ſn̄iam ꝛ cenſuram. 17
Legitur enimꝰ ꝙ anno dñi.1229.orta eſt di/
ſcordia inter papam ꝛ imꝑatorem Federi/
cum:cūq̄ꝫ ad concilium gn̄ale cōuenirent:
capti ſunt Piſis ab imꝑatore duo cardina/
les ꝛ multi alij prelati pp qꝺ excōicatus eſt
imꝑator:ꝛ tandem cū emēdare nollet ſe ab
Innocētio.4.ſucceſſore Gregorij depoſitus
eſt in concilio Lugdu.ꝛ rōne iſtiꝰ Federici

multi ſpūaliter mortui ſunt ſciſmatici effe/
cti:⁊ ꝯ ſniam eccľie illi adherētes:ita vt iſtō
ſciſma adhuc in multis ptibus pſeueret.vñ
de fautoribus illius imꝑatoris ſciſmatici.di/
cit hic Joānes ꝙ ceteri mortuoꝝ ſpūaliter
non vixerunt donec cōſumētur mille anni:
vbi videtur inuere ꝙ apoſtema ꝑuerſuꝫ qđ
diffudit Federicus in xpianitate:vix pote/
rit exterminari vſqꝫ ad tps antixpi qđ deſi/
18° gnatur p millenarium ānorum. ¶18°ibi:
[Hec eſt reſurrectio pma.]Predicit duarū
religionum vtilem inſtitutiōem in mundo
fructuoſam.ſ.ordinis minoꝝ p almū xpi cō
feſſorem Franciſcum: ⁊ ordinis pdicatoruꝫ
p eximium pꝛem ⁊ doctorem Dominicum.
Legitur.n.ꝙ tpe pape Innocentij ⁊ impa/
toris Federici hos duos ſanctos tanq̄ꝫ duo
luminaria dñs deſtinauit: q inſtituerūt du/
as religiones:quaꝝ doctrinis ⁊ orōnibꝰme/
ritis ⁊ exemplis quaſi tota xpianitas videt
reſurrexiſſe cum Chriſto ⁊ in nouitate vite
ambulaſſe.vnde cum ſit duplex reſurrectio
vna ſpūalis p grām ⁊ virtutem ⁊ cōuerſa/
tionem ac vitam ſanctam:⁊ alia corporalis
cum aie corporibus vniētur in fine:⁊ in ad/
uentu horum duoꝝ ordinum videt prima
reſurrectio inchoata.nam añ pleni erāt er/
roribus ⁊ actibus turpibꝰ:ita vt dicat Joā/
nes ꝙ hec eſt reſurrectio pma:⁊ ꝙ beatus
⁊ ſanctus q hꝫ partē in reſurrectione pma:
19° q: in hijs nō hꝫ locū ⁊c̄. ¶19°ibi:[Et cuꝫ
conſumati fuerint mille.]Dicit antixpi in
troductōem ⁊ pſecutiōem acerbiſſimaꝫ:vbi
cōſiderādum ꝙ iſti mille āni poſt quos pdi/
citur aduentus antixpi hic ⁊ ſupra vbi dice
batur donec cōſumētur mille āni: ⁊ poſt hꝰ
oportet ſolui modico tempore: dubiuꝫ eſt a
quo tpe debeant cōputari:⁊ manifeſtum eſt
ꝙ non poſſunt inchoari a natiuitate xpi:q:
iam tranſierunt.1300.⁊ amplius:nec tamen
adhuc apparet antixps:⁊ ideo āni pbabiliꝰ
inchoant a baptiſmo Conſtātini ſub tēpore
pape Sylueſtri:qñ Chriſtus ⁊ eccľia icepit
regnare:⁊ honor imperij tranſlatꝰeſt in pſo
nam Sylueſtri:⁊ in romanaꝫ eccľiam ⁊ epi
ac ſacerdotes honorati ſunt ſicut reges: qui
iam per.300.ānos ſub paganis imꝑatoribꝰ
atrociter fuerāt trucidati. Sedit aūt Syl/
ueſter āno dñi.316.qui ſi tollātur ab hijs q
hodie computātur ⁊ remanent mille ⁊ tres
ānos:pp qđ certitudo iſtius numeri magis
debꝫ ſanctoſpūi reſeruari:qđ aūt ſubdit Joā
nes ꝙ ſeducet gentes q̄ ſunt ſuper angulos
terre ſcilicet Gog ⁊ Magog volunt aliqui
dicere ꝙ iſta eſt gens tartaroruꝫ: quos vltra
montes Caſpios Alexander icluſit:iſti aūt
āno dñi.1240.de montibus illis egreſſi:va/
ſtauerunt Gorgiam: Armeniam maiorem:
Indiam:⁊ Turchiam:⁊ tādem ceperūt ci/
uitatem potētiſſimā Baldac: ⁊ Calipham
ſarracenoꝝ interfecerūt:⁊ poſtmoduꝫ Ico
nium Lapidiam ⁊ Damaſcum deuaſtaue/
runt:ēt Ungariam:Poloniam: Ruſciam:
tria regna magna:atqꝫ vſqꝫ ad fines Germa
nie puenerunt:⁊ cū anhelarēt ad optinēdā
monarchiam: volūt aliqui dicere ꝙ iſti in/
troducturi ſunt antixpꝫ:qđ hic Joānes vi/
detur inuere. Auguſtinus tñ dicit ꝙ gens
Gog ⁊ Magog non debet intelligi vnus
populus:aut vna gens:ſed totū corpus dia/
boli.ſ.hominum:in quoꝝ aut malorum pp
qđ Joānes dicit ipſos eſſe ſuper quatuor an
gulos terre:⁊ eorum numerum eē ſicut are/
nam maris.iſti omnes tempore antixpi pſe/
quētur ciuitatem dilectam ſcilicet eccleſiam
in toto orbe diffuſam:⁊ finaliter deuorabun
tur:⁊ deſtruentur cum ſuo capite antichri/
ſto. ¶Uigeſimo ibi:[Et vidi tronum ma 20°
gnum.]Predicit Joannes diem iudicij:⁊
ſniam dei extremaꝫ:q̄ danda eſt poſt tpa an/
tixpi.Et pꝰitroducit regē ſniantem. Scđo
ſniaꝫ expectātē:ibi:[Et vidi mortuos.]Ter
tio ꝯſciaꝫ cuiuſlibet accuſantē ibi:[Et libri
apti ſunt.]Quarto ſcripturam teſtificāteꝫ:
ibi:[Et alius liber aptus eſt.]Quinto ſniaꝫ
cōcludenteꝫ:q̄ ꝯfirmabitur ex duplici libro
q: ex libro ꝯſcie cuiuſlibet iudicatur:q ſniaꝫ
approbabit:⁊ ex libro diuine preſcie.Et hoc
facit ibi:[Et iudicati ſunt mortui.]

¶Sexta viſio.

In ſexta vo ⁊ vltia viſio
ne ōſcribit Joā
nes ſtatū vniuerſi poſt iudiciū:⁊
pꝰqdē in gñali ſtatū totiꝰmūdi.

Secūdo vo in ſpāli ſtatum ipſius celi ⁊ glie ſanctoꝝ:qd facit ibi:⌊Et venit vnus de.7. angelis.⌋ ¶ Circa pmuz facit.4.pmo naqꝫ pdicit inouatiōem electoꝝ.Nam celum terra ⁊ mare totuz inouabitur:non qdem quo ad ſbam:ſed quo ad qlitates. Et hoc facit i pncipio.21.capli:vbi ⁊ hec viſio icipit:⌊Et vidi celum nouū:⁊ terram nouaz.⌋ ¶ 2° ibi ⌊Et ego Joānes vidi.⌋ Predicit inouatiōez hoium electoꝝ ⁊ cōfirmatur auctoritate vocis exeuntꝫ de throno ibi:⌊Et audiui vocez magnaz de throno.⌋ ¶ 3° ibi:⌊Et dixit q ſedebat in throno.Ecce noua facio oia.⌋ Predicit ꝯſumatiōem ⁊ inouatiōem vniuerſoꝝ vñ ſbdit:⌊Factū eſt:Ego ſum alpha ⁊ O.⌋ initium ⁊ finis. ¶ 4° ⁊ vltimo pdicit diſtributionem ſtipendioꝝ:q erit ppetua imutabilis ⁊ eterna.naz iuſtis reddetur vita ppetua.Et qꝫtum ad hoc dicit:⌊Ego ſitiēti dabo de fonte.⌋ Iniuſtis aūt calamitas eterna ⁊ interminabilis pena:q eſt mors ſcda.Et qꝫtum ad hoc ſubdit:⌊Timidis aūt ⁊ incredulis.⌋ ¶ Deide ibi:⌊Et venit vnus de.7. angelis.⌋ Proſeqtur in ſpāli ſtatum celi futuruz poſt diez iudicij:⁊ deſcribit gliam celeſtem:quo ad.12.cōditiōes. ¶ Prio qdem cōmendat eam qꝫtum ad ſitum ibi:⌊Et ſuſtulit me in ſpū in mōtem magnū ⁊ altum.⌋ ¶ 2° deſcribit eam qꝫtuz ad pulchritudinē ⁊ aſpectum ibi:⌊Habētem claritatē dei ⁊ lumen eius ⁊c.⌋ ¶ 3° qꝫtuz ad ingreſſuz duodenariū ibi:⌊Hñtem portas.⌋ ¶ 4° extollit eam qꝫtum ad firmū fundamētum ibi:⌊Et murus ciuitatis hñs fundamenta.12.⌋ ¶ 5° magnificabat eam qꝫtum ad ſuū gyrū ⁊ tertium ſpacium ibi:⌊Et q loqbatur mecū habebat mēſuram arūdineam.⌋ ¶ 6° magnificat eam qꝫtum ad mãe nobilitatē ⁊ valorez imēſuz ibi:⌊Ipſa vo ciuitas aurum mūduz ⁊ erat ſtructura muri.⌋ Et ponit qdruplicē mãm.Nam murus eſt de lapide: ciuitas de auro:fundamētum vo muri ex.12.lapidib⁹ pcioſis:⁊ porte ex margaritis. ¶ 7° deſcribit edificioꝝ modū:oſtēdēs ꝙ infra muros nō hꝫ gazophilatia nec tēplum:ſed dñs ds ⁊ agnus erit ibi ꝓ tēplo:⁊ in pma ē vna ſpecioſa platea.Et hoc facit ibi:⌊Et platea ciuitatꝫ.⌋ ¶ 8° extollit eā qꝫtū ad ſuū directiuū qd erit claritas dei ibi:⌊Et ciuitas non eget ſole.⌋ ¶ 9° deſcribit eā qꝫtū ad ritū qd obſeruatur in ea:q2 porte ei⁹ nō claudētur:nec aliqd imūdum intrabit in ipam. Et hoc facit ibi:⌊Et porte eius nō claudētur.⌋ ¶ 10.ibi deſcribit eam qꝫtum ad ſpūalem potuz quo recreabūtur habitantes in ea ibi:⌊Et oñdit mihi fluuiū aque viue.⌋ ¶ 11° deſcribit eam qꝫtum ad ꝓpum ⁊ glioſum cibum ibi:⌊In medio platee eius lignū.⌋ Ubi apponit cibi nouitatē.d.ꝙ aufert fructus duodeci p ſingulos mēſes:⁊ cibi ſanitatē ſbdens:⌊Et oē maledictū nō erit amplius.⌋ ¶ 12° extollit ciuitatē celeſtē qꝫtum ad actum ⁊ exercitiū hitantium in ea:hoc.n.erit exercitium glie vacare.ſ.⁊ videre ſemper faciem dei ⁊ agni: ⁊ illuminari ab eis ⁊ regnare in ſecula ſeculorum cum eis. Et hoc facit ibi:⌊Et ſedes dei ⁊ agni.⌋

POſt ſex viſiōes: in quibus expreſſa eſt cōtinentia futuroꝝ ſubdit Joānes libri iſti⁹ auctoritatē ⁊ imutabilitatem:⁊ ceteras eius conditiōes.Unde pmo oſtendit hūc libruz eſſe valde auctēticum ⁊ firmuz dicēs:⌊Hec verba fideliſſima ſunt ⁊ vera.⌋ Et auctoritatem ipſius cōcludit:⁊ ex parte dei dicens: ⌊Dñe deus ſpūuz prophetaꝝ.⌋ Et ex parte angeli mediatoris ⁊ iternūcij ibi:⌊Miſit angelum ſuū oſtendere.⌋ Et ex parte Jeſu xpi ſbdēs:⌊Et ecce venio velociter.⌋ Et ex pte Joānis idonei ſcriptoris ſubdens:⌊Et ego Joānes q audiui.⌋ Et vt oſtendat auctoritatem ſuam:declarat ſe nō minorem angelo in grã:imo parem:q2 non pmiſit ſe angelus adorari ab eo.Et hoc facit ibi:⌊Uide ne feceris : cōſeru⁹ enīꝫ ⁊c.⌋ ¶ Secūdo ibi:⌊Et dixit mihi:ne ſignaueris vba.⌋ Innuit libꝝ iſtum eſſe ſatis intelligibilē:nec oino clauſum:dicens vt non oino claudat ⁊ ſignaret verba ꝓphetie huius libri: ⁊ rōnem huius deſignat:q2 in libro iſto agitur de futuris: et de patiētia dei in ſuſtinēdo malos:⁊ de longanimitate in differēdo pmia bonoꝝ ⁊ de eqtate ſm quā reddet vnicuiqꝫ iuxta opera

ſua:⁊ ideo bonum eſt ꝙ ſit aliqualiter patẽs
⁊ intelligibilis liber iſte: ⁊ hãc rõnem inuit
ibi:[Tempus eniꝫ ꝓpe eſt.]Nõ ſe v ocet ⁊c̃.
¶Tertio oſtendit librum iſtum eẽ notabi/
lem valde ⁊ dignum: q reuelatus eſt ab illo
alpha ⁊.O.ṕncipiuꝫ efficiens oium ⁊ finis
vniuerſoruꝫ.Et hoc facit ibi:[Ego ſum al/
pha.¶Quarto oſtendit hũc libruꝫ eẽ vti/
lem ⁊ accõmodũ ⁊ valde ꝓficuũ ibi:[Bea
ti qui lauant ſtolas ſuas.]¶Quinto oſten/
dit ipſum eẽ amabilem ⁊ acceptum: qm̃ ab
amãtiſſimo Jeſu reuelatus.Et hoc facit ibi
[Ego Jeſus miſi angelum meũ.]Unde ſb/
dit:[Ego ſum genꝰ⁊ radix Dauid.]Et ad/
dit:[Spõſus ⁊ ſpõſa dicũt veni ⁊c̃.]¶Sex
to oſtendit ipſum eſſe finalem ⁊ cõplectiuuꝫ
totius ſcripture diuine ibi:[Conteſtor eniꝫ
omni audiẽti.]Uñ dicit ꝙ huic libro nihil
eſt apponẽdum nec ſubtrahẽdum.¶Ulti/
mo concludit hunc librum per ſacre oratio/
nis ⁊ poſtulationis deuote verbum dicens:
[Domine Jeſu: Gr̃a domini nr̃i Jeſu xp̃i
omnibus vobis Amen.]

In hoc igitur li/
brorum quaternario epiſtolaruꝫ
Pauli actuuꝫ ⁊ canonicarum: ⁊
libri Apochalypſis octaua pars ⁊ vltima ſa
cri Canonis conſumatur: ad quẽ aſcendere
oportet per aſcenſum odoriferum ⁊ aroma/
ticum:cum hec pars maxime deſeruiat in/
ſtructioni morali ⁊ edificationi fidei vt vi/
ſum eſt in toto decurſu:ſtudẽtes in ea debẽt
per executõem eorum fidei diffundere aro/
mata ⁊ ſuauitatis odorem: vt accedat quod
ſcriptuꝫ eſt.Canti.3°. Aſcendit ſicut virgu/
la fumi ex aromatibus myrrhe ⁊ thuris ⁊
vniuerſi pulueris pigmentariȳ.

¶Finis.

¶Laus Deo optimo:maximoq;.

# Regiſtrum.

¶A B C D E F G H J K L M N O P Q R S T U X Y Z.

¶COMPENDIVM declarationis omnium librorum ſacre
ſcripturæ Reuerẽdiſſimi. D.Petri Aureoli Sacroſanctæ Romanæ
eccleſiæ Cardinalis ex ordine fratrum minoꝝ aſſumpti: ſtudioſe re/
cognitum:ac per Lazarum Soardum diligentiſſime Venetiis im/
preſſum fœliciter explicit.die.xxix.Octobris.M.D.vii.
¶Qui qdem Lazarus impetrauit a Sanctiſſimo.D.dño nr̃o. Dño
Iulio diuina ꝓuidentia Papa ſecundo:ꝙ nullus hunc librum infra ſe/
quens decẽnium imprimat uel imprimi faciat ſub pœna excõicatio/
nis late ſententiæ:quam contrafaciens eoipſo incurrat:& a qua non
poſſit abſolui niſi prius ſatiſfecerit de dãno & intereſſe:ut in litteris
ipſius Domini noſtri ſuper hoc confectis plenius continetur.
¶Optinuit inſuper a Sereniſſimo Ducali dominio Venetoꝝ ꝙ
ſimiliter infra decem annos nullus ipſum imprimere uel imprimi
facere audeat ſub pœna in priuilegio ſup hoc illi conceſſo contenta.
LAVS DEO OPTIMO: MAXIMOq;.

IOTECA
VERSITARI
DE

¶ Incipit tabula alphabetica bre=
uis ꝛ sūmaria ſuper cōpendium Pe
tri Aureoli ſup ſacram ſcripturam.

Actus apl'oꝝ diuidit in qnq; partib⁹
vz de ꝑmitiua fideliū ꝯgregatiōe: de
ipſius ꝑ ſpūmſcm̄ multiplicatiōe: de
ipſi⁹ diffuſiōe ꝑ iudeā: de ipſius ītitulatiōe
nōie xpiano: de ipſius in gentibus tranſla/
tione: folio.62.ꝛ.63.per totum.
Act⁹ apl'oꝝ cōtinet ſeptē viagia vel itinera
Pauli: folio: 63.col.3.ꝛ fol.64.col.ꝑma.
Aſcendere dꝫ multipl'r ille q capē vult ītel
ligentiam ſcripturaꝝ. fo.3.col.3.ꝛ.4.
Apochalypſis libri auctoritas ꝛ imutabili/
tas deſcribitur. fo.90.
Apochalypſis beati Joānis continet oēm
decurſum toti⁹ eccl'ie q̄ꝫtum ad ꝓſpitates ꝛ
aduerſitates q̄ d̄bebāt illi ꝯtigē.fo.73.c.2.
Apochalypſis ꝑ^m cap^m ꝯtinet ꝯmendatiōeꝫ
ſcripture huius libri. fo.73.col.2.ꝛ.3.
Apocha.libꝝ m'tiplex mod⁹ diuīdēdi.fo.75.
Aruch liber continet.7.concluſio/
nes ſm quas continet.7.partes.fo/
lio.23. coluna.3.ꝛ.4.
Antica cāticoꝝ cōpoſuit Salomon
de vnione dei ad ſynagogā. fo.2.c.2.
Cantica canticorum agit de decem ſtatibus
ſeu euentibus iudeorum: qui ibi ordinate
ponuntur. fol.9.col.2.ꝛ.3.
Celum eſt eccleſia militans in qua reſidet
deus. fo.75.col.4.
Chriſtus fuit p̄dicatus ꝛ ꝑnunciatus a pro/
phetis: ꝙ habiturus eēt.22. cōditiōes q̄s
oēs habuit Jeſus: q̄ ordiate ponunt in euā
gelio ſcti Mathei. a fo.33.vſq; ad fo.36.
Chriſtus ꝓbatur eē verus ipator rex ꝛ dn̄s
vniuerſoꝝ p.20.ptātes q̄ ponūtur i euāge/
lio ſcti Marci ordinate.fo.36.ꝛ.37.p totū
Chriſtus ꝓbatur fuiſſe ſpūalis medic⁹ꝛ ſal/
uator vniuerſoꝝ p.6.ꝯditiōes quas ponit
Lucas i euāgelio ſuo ordiate. fo.38.ꝛ.39.
Chriſtus ꝓbatur eſſe verus d̄s ex.19.cōdi/
tionibus quas ponit.b.Joānes in euange
lio ſuo ordinate. fo.40.ꝛ.41.p totum.
Chriſtianum nomen debet habere ſex con/
ditiones. fo 68.col.2.
Cruce ſignatoꝝ paſſagium tpe Urbani pa/
pe ſecundi deſcribitur ꝛ eorum maximus
numerus ponitur. fo.86.col.2.
Anielis liber diditur in qnq; partes
quaꝝ ꝑma eſt acqſitio ſapie reſpectu
Danielis. In ſcd̄a declaratio intelli/
gētie. In tertia declaratio ſanctimōie ipſi⁹
In.4ᵒ.ꝯtinuatio ꝓphetie: vbi agit de mu
tatiōe diuerſoꝝ regnoruꝫ. In.5ᵒ.vo ponit
ānotatio duaꝝ hyſtoriaꝝ. fo.24.col.2.ꝛ.3.
Deus ponitur i libro Geneſis tāq̄ȝ creator:
ꝛ eius oīpotentia declaratur in eius opib⁹
ponitur tanq̄ȝ ſaluator ſuaꝝ creaturaꝝ de
diluuio: ponit diſſeminator oīum gentiū:
ꝛ ei⁹ ad hoīes amicitia declarat.fo.7.col.2.
Deuteronomij liber cōtinet epylogum iti/
neris ꝛ laboris Federis ꝛ preceptoꝝ: mu/
neris ꝛ ꝓmiſſorum: ꝛ euentuuꝫ futurorum
circa filios Iſrael. fo.8.col.ꝑma.
Dialog⁹ ē ſmo l' diſputatio duoꝝ.fo.14.c.2.
Dyaletica ſiue ps diſputatiua ſacre ſcriptu/
re ꝯtinet libꝝ Job ꝑ modū dyalogi: ꝛ libꝝ
eccl'iaſtem ꝑ modū ſoliloquij. fo.14.col.2.
Diſputationū q̄tuor gn̄a.ſ.dyaletica: ſophi/
ſtica: tēptatiua: ꝛ diffinitiua. fo.14.col.2.
Diuidi nō pōt ſacra ſcriptura in ptes ſubie/
ctiuas vel integrales: nec ꝑ v̄tutes theolo/
gicas: ſed ſolum diuiditur ſm moduꝫ do
cendi. fo.7.col.ꝑma.
Docet ſacra ſcriptura.8.vias ſm octupliceꝫ
domum cui compatur. fo.6.col.3.ꝛ.4.
Domus octo diuerſe.ſ.lapidea: lignea: ebur
nea: nubea: aurea: bellica: celica: ꝛ rorida q̄
ſacre ſcripture comparātur. fo.6.col.2.
Duodeciꝫ ꝓphetaꝝ libri explanātur ꝛ didū
tur. a fo.24.vſq; ad fo.32.incluſiue.
Ccleſia dꝫ eē informata de.4.ſ.de cre
dendis: agendis: initijs: ꝛ futuroruꝫ
euentibus. fo.42.col.2.
Eccl'iaſtes in toto libro ſuo diſputat.x.gn̄a
vanitatū eſſe deſpitiēda. fo.14.col.3.ꝛ.4.
Eccl'iaſticus liber tradit ethicam modo ma
giſtrali. fo.15.col.j.fo.16.col.3.
Eccl'iaſticus liber docet ſapiaꝫ tripliciter.ſ.
ꝑ ꝓpoſitiones, ſapientes ꝑ cōmendatiōem
ſacre ſcripture: ꝛ per exemplorum narra/
tiones. fo.16.col.3.ꝛ.4.
Eccl'iaſticus liber ponit nouem cōmēdatio

nes ſapientie. fo.16.col.4.
Eccleſiaſticus liber continet.51.doctri/nas. fo.17.⁊.18.per totum.
Eccleſiaſticus liber ponit ſex particulas cō/mendationis ſanctoꝝ. fo.19.col.pma.
¶ Epl'e Pauli diſtiguūtur ꝯ canonicas ſi/cut vniuerſale ⁊ pticulare. fo.41.col.2.
Epl'a Pauli ad Romanos ꝯtinet nouē ma/terias diſputatiuas ꝯ cōtentōem gentiliū ⁊ iudeoꝝ q crediderāt:⁊ tripl'r diuidit.fo.42
Epl'a ad Cor.pma ponit.x.errores in qbus deficiebant Corinthij. fo.45.col.j.
Epl'a ad Cor.2ª continet.25.cōmendatiōes beati Pauli de qbus ipſe apud Cor.ſe cō/mendat familiariter. fo.46.⁊.47.
Epl'a Pauli ad Galathas tractat qꝫ circū/ciſio ⁊ alia legaliter nullo modo ſuāda ſūt ⁊ circa hoc qnqꝫ pcedit mōis.fo.48.col.3.
Epl'a Pauli ad Galathas oñdit pdicatiōe; apl'i eē autēticā ex ſex cōditōib⁹.f.48.c.4.
Epl'a Pauli ad Epheſios in.9.ptes diuidit ⁊ eſt maxie inductiua ad gratitudinē pro beneficijs receptis. fo.50.⁊.51.
Epl'a Pauli ad Philipēſes cōtinet.8.ptes maxime inducentes eos ad patientiam et tollerantiam. fo.52.col.pma.
Epl'a Pauli ad Coloſenſes:inducit Colo/ſenſes ad amorē Chriſti ⁊ ſue fidei per.12. perſuaſiones. fo.53.
Epl'a Pauli ad Teſalonicenſes pma repre/hendit eos de.4.in qbus errabant.fo.54.
Epl'a Pauli ad Theſalonicēſes.2ª.iformat eos d die iudicij:⁊ h' i trib⁹ptib⁹ſuis fo.54
Epl'a ad Thymotheum pª cōtinet.5.officia q ptinent ad epm in.5.ſuis ptibus. fo.55.
Epl'a ad Thimotheū.2ª inducit eū ad fidei pdicatōem p.9.rōnes ſeu ptes in ipſa epl'a contentas. fo.56.
Epl'a ad Tytum monet ⁊ docet Tytum de qnqꝫ ſeruandis. fo.57.
Epl'a ad Hebreos cōtinet.12.rōnes iudeoꝝ circa legis obſeruantiā:ꝯ quos btūs Pau/lus alias.12.in ꝯriū adducit.fo.57.58.⁊.59.
Epl'e canonice ſunt informatiue diuerſarū virtutum. fo.64.
Epl'a Jacobi monet ad obſeruātiā.20.vir/tutum moralium. fo.64.65.⁊.66.
Epl'a canonica Petri pma tractat de virtu/tibus moralibus ſm diuerſos ſtatus ⁊ tem/pora. fo.66.⁊.67.
Epl'a canonica Petri.pª cōtinet ſex bñficia q a deo recepimus. fo.66.col.4.
Epl'a Petri pma continet ſeptem que nos inducant ad ſanctitatem. fo.67.col.j.
Epl'a Petri pª informat q̄tuor ſtat⁹ pſonaꝝ ſ.in ſtatu infimo:in ſtatu domeſtico ⁊ inco/nomico.In ſtatu politico ⁊ cōi.In ſtatu ſeu principatu eccl'iaſtico. fo.57.col.3.
Epl'a Petri ſecūda ꝯmendat fidē de q̄tuor excellentijs. fo.69.col.j.⁊.2.
Epl'a Petri.2ª.cōtinet informatiōem moꝝ reſpectu ipm futuroꝝ:⁊ d'teſtat hereticoꝝ ſectas ⁊ eoꝝ ponit cōdēnatōe; fo.69.c.3.
Epl'a Joānis pª tractat de virtutibus fidei ſpei ⁊ charitatis. fo.70.⁊.71.
Epl'a Joānis.2ª.diuidit in.8.ptes.fo.72.c.1.
Epl'a Joānis.3ª diuiditur i.8 ptes.fo.72.c.3.
Epl'a Jude in.6.ptes diuiditur. fo.27.col.4.
Epi officia ſunt propugnātis:excōicantis: determinantis: exemplantis: ⁊ diſpen/ſantis. fo.55.col.2.
Eporum Aſie noia quibus Joānes ſcripſit apocalypſim noia ponūtur. fo.73.⁊.74.
Euangeliſte p figuram.4.aialium bñ figurā/tur ⁊ deſignantur. fo.32.col.4.⁊.33.col.j.
Etates oēs ⁊ pſonarum cōditiones de om/nib⁹ in ſacra ſcriptura iſtruunt.fo.7.col.j.
Ethica mōaſtica ⁊ ꝯſultiua ps ſacre ſcriptu/re ꝯtinet libros Prouerbioꝝ:Sapientie ⁊ Eccl'iaſtici. fo.15.col.j.
Exodus liber tractat de Moyſe famulo dei legē pponēte ⁊ d ei⁹ ritu ⁊ pgreſſu.fo.7.c.3
Ezechiel liber diuidit in.7.ptes. fo.23.col.4.
Eraclij ipatoris geſta bōa ⁊ ma. fo.82.⁊ ſuc.
Eſayas eſt eximius prophetarum. fo.2.col.j.
Eſaie liber diuidit i.2.ptes.ſ.tragediā q ē orō exprobratiua ⁊ ꝯminatiua:⁊ i comediā q ē orō exhortatoria ⁊ ꝯſolatoria. fo.20.col.j.
Eſaie ps exprobatiua diuiditur in quinqꝫ ptes. fo.20.col.2.3.⁊.4. fo.21.col.j.
Eſaie orō ꝯſolatōia ꝯtinet duplicē liberatio/nem ppl'i.ſ.tpalē p Cyrū regem Perſaꝝ ⁊ ſpūalē p xp̄m.fo.21.col.3.⁊.4.fo.22.c.j.2.3.
FOce ipatoris acta ſcribūt.fo.81.c.4.
¶ Geneſis lib tractat d do creatore legiſlatore:ſaluatore oiū gētiū diſſe/minatore

minatore

miatōe hoīm amatoꝛe ⁊ ꝓmotoꝛe.fo.7.c.2.
Gregoꝛij pape pͥmi tpa ponūtur ⁊ accidētia eoꝛum. fo.81.col.3.⁊.4. Jtē fo.82.⁊.83.
Heretici infeſtauerūt eccl'iam multi/ pliciter. fo.78.⁊.79.p totum.
Hieruſalē excellit alias ciuitates i.11. ꝯditōib⁹ ⁊ excellētijs q̄s hūit. fo.10.c.2.3.
Hymni dica ſiue decātatiua ps ſacre ſcriptu re ſub ternario numero ꝯtinetur.ſ.poetica in q̄ pſalmi:elega:in qua treni Hieremie:⁊ Dꝛamata in q̄ cantica canticoꝝ.fo.8.col.4
Hyſtoꝛica ps ſacre ſcripture ſub denario nu mero intēdit oñdere deū fuiſſe fideleꝫ exe/ cutoꝛem circa ea q̄ dixit de terra ꝓmiſſiōis ⁊ ſub denario numero cōtinet. fo.8.col.2.
Jeremias in trenis ſuis deploꝛat xp̄i paſſiōem.16.lamentationibus.
Jeremie liber ꝯtinet legatōis cuiuſ/ dam oꝛdinem pͥ⁹ circa pſonam miſſam.2° circa cāꝫ legatōis.3° an legatio fuerit iuſta.
Job lib ꝯti.4.diſputatōes. pͥmā dyaleticaꝫ inter Job ⁊ amicos ſuos.2ᵐ ſophiſticā iter Heliu ⁊ Job.3ᵐ tēptatiuā iter dñm ⁊ Job 4ᵐ diffinitiuā iter dñm ⁊ amicos iob.f.14
Joānes euāgeliſta oñdit xp̄m eſſe deuꝫ ſm̄ p.19.ꝯditōes q̄s ponit i euā.ſuo.fo.40.41
Joānes euangeliſta oñdit duplicē ſuā con/ ditōeꝫ.ſ.familiaritatē cū xp̄o:⁊ incoꝛrupti/ bilitatem q̄ꝫtum ad carnem. fo.42.
Leuiticus liber tractat de legib⁹ mo/ ralib⁹ iudicialib⁹ obſeqalib⁹ ſacrificia libus:ſacerdotalib⁹ cibarialib⁹ diſcer/ nibilib⁹ ſolēnialib⁹ ⁊ pͥmicibilib⁹. fo.7.c.3
Libꝛi legales ſacre ſcripture cōparātur do/ mui lapidee q docēt nos vias tioꝛiꝫ.f.6.c.3
Libꝛi hyſtoꝛiales ſacre ſcripture domui li/ gnee ꝯparāt: q docēt nos vias rigoꝛꝫ. f.6.
Libꝛi Job ⁊ reguꝫ ⁊ eccl'iaſtes cōpantur do mui bellice ⁊ docēt nos vias vigoꝛis.ſ. in/ ueſtigationem diuoꝛum iudicioꝝ.Jbideꝫ.
Libꝛi decātatiui ſacre ſcripture cōpātur do/ mui eburnee ⁊ docēt nos vias dulcoꝛꝫ.ibiđ.
Libꝛi ſapientiales cōpantur domui auree q docent nos vias decoꝛis. Jbidem.
Libꝛi ꝓphetales cōpantur domui nubee q docent nos vias ſplēdoꝛis. Jbideꝫ col.4.
Libꝛi euangelicales cōpant domui celice:q docent nos vias amoꝛis. Jbidem col.4.
Libꝛi ep'l'ares noui teſti cōpātur domui ro/ ride:q docent nos vias fecūdatiui ⁊ riga/ tiui humoris.Jbidem.
Lucas euangeliſta oñdit xp̄m eē ſm̄ medi/ cum ⁊ ſaluatoꝛē ſpūalem humani gñis pp 6.ꝯditiōes q̄s ponit i euāge.ſuo.f.38.⁊.39.
Marcus euangeliſta oñdit xp̄m eē ſe impatoꝛē ⁊ regem ⁊ dñm vniuerſoꝝ pp.20.ptātes ſeu ꝯditōes ei⁹ q̄s pōit i euāgelio ſuo.a fo.36.vſq; ad fo.38.exclu.
Matheus euāgeliſta oñdit xp̄m eē ſm̄ meſ ſiam ꝑ ꝓphetas pnūciatū: ⁊ hoc p.22.cōdi tōes q̄s pōit i euāg⁹ ſuo.fo.33.vſq; ad f.36.
Materie ſunt.8.de qbus in ſacra ſcriptura tractatur. fo.4.col.2.
Machomet⁹ ſignat i Apochalypſi ꝑ beſtiaꝫ ⁊ ei⁹ oꝛigo: ⁊ cōditōes deſcribūt.fo.83.c.j.
Numeroꝝ liber ꝯtinet .8.numeratiōes ſ.pugnatoꝝ:oblatoꝝ: miſtroꝝ : explo ratoꝝ:occiſoꝝ:genitoꝝ: manſionum: pꝛeſidioꝛum. fo.7.col.4.fo.8.col.j.
Narſetis pͥtij geſta ponūt. fo.81.col.2.⁊.3
Oratio Jeremie i.8.ptes oꝛdinabili/ ter diſtiguit.fo.13.col.4.⁊ fo.14.c.j.
Poetici cantus in.3° diſtinguunt gña ſ.in carmina q ſb cant⁹ dulcoꝛis:⁊ le/ titie.in elega q ſūt cant⁹ meroꝛis ⁊ tri ſtitie:⁊ in dꝛamata q ſunt cantus amoꝛis ⁊ amicitie. fo.8.col.4.
Politica ſiue legiſlatiua ps ſacre ſcripture cōtinetur in.5.libꝛis Moyſi. fo.7.col.j.
Politica ps ſiue legiſlatiua ſacre ſcripture ſi ad l'ram intelligatur habet aſcenſum are/ noſum. fo.8.col.j.⁊.2.
Pꝛophica ſiue ꝺclaratiua ps ſacre ſcripture continetur in libꝛis.4.pphetaruꝫ maioꝝ: ⁊.12.minoꝛum. fo.6.col.j.
Pꝛophia reſpicit duo tpa.ſ.tp̄us captiuita/ tis ⁊ tempus gr̄e. fol.16.col.j.
Pꝛophie ꝺ xp̄i aduētu a ꝓphis ceperūt pͥdi cari circa tpa qbus Roma cōdita fuit:qa illud regnum deus parabat quod debebat chꝛiſtum ſuſcipere. fo.19.col.2.
Pꝛophetarum alīq ſunt pͥncipales alīq mino res ſm̄ diuinam electōem. fo.19.col.4.
Pꝛouerbioꝝ liber tradit Ethicā mō pꝛinali i.pꝛem introducit docētē filiū. fo.15.col.j.
Pꝛouerbi.lib ꝯtinet ptē mōaſticā ⁊ ꝯſulta/

tiuā ⁊ inſtruit filiū.4.moiſ.fo.15.col.2.⁊.3.

Pſalmus eſt expſſio diuine laudis aliqñ in gñali aliqñ ꝑ cā ſpāli: aliqñ ꝑ pſona ſpāli: aliqñ ꝑ diuerſis tpibus. fo.9.col.j.⁊.2.

Pſalmi ptinēt ad cantus letitie ⁊ dulcoris: ⁊ diuidunt in Alleluia:in cāticа:in itellect⁹: in ps:in titulos:⁊ in orones:⁊ rōnes oium ponūtur. fo.8.col.4.⁊ fo.9.col.j.

Purificatōis feſti btē vginis iſtit⁹.fo.8.c.3.

REgnū Iſrael icurrit.12.ifelicitates in captiuitate Babilonica q̄s Hieremias lamētatur.2ª lamētatiōe. fo.11.

Regule.x.diuerſe ſacre ſcripture. fo.5.c.2.3.

Romana eccl'ia figurat p ſedē poſitā in celo q̄ deo ⁊ btō Petro ꝓtegētib⁹ illā nūq̄ cecidit nec cadet a fidei firmitate. fo.76.col.j.

SAcra ſcriptura figurat p tabernaclū Moyſi ⁊ ꝓpitiatoriū ex quo dñs loq̄batur Moyſi. fo.2.col.pma.

Sacra ſcriptura eſt mons ꝓtectiu⁹:incētiu⁹ roratiu⁹:fragrātiu⁹:⁊ allectiu⁹.fo.2.co.2.3.

Sacra ſcriptura teſte Dyonyſio duplex alimentū ꝓponit ſolidū ⁊ manēs: ⁊ humidū ⁊ profuſum. fo.3.col.j.

Sacra ſcriptura aſſimilatur rori aque:lacti: vino:ac melli. Ibidem col.pma ⁊.2.

Sacra ſcriptura monti aſſimilatur valde congrue. fo.4.col.1.2.⁊.3.

Sacra ſcriptura domui cōpat in pictura:in ſculptura:in clauſura:⁊ ſtructura pp floridam exornatōem:pp myſticā elocutionē: pp prophicam indagatōem:⁊ pp ꝓuidam coaptatōem. fo.4.col.4. fo.1.col.2.⁊.3.

Sacra ſcriptura continet omnes colores rhetoricos. fo.4.col.4.

Sacra ſcriptura cōtinet exornatiōes ⁊ floridationes ſniaꝝ q̄s Tulius ponit in rhetoricis. fo.5.col.pma.

Sacra ſcriptura in.8.ptes pncipales diuidit: ſm.8.docēdi mōs quos aſſumit. fo.6.c.j.

Sacre ſcripture exempla preterita ſunt forma vite ſequētium. fo.j.col.j.

Sacre ſcripture eloquijs ds reſpōdet vniuſcuiuſq̄ queſtionibus. fo.j.col.j.

Sapia in nobis oritur pp tria. fo.16.col.j.

Sapie lib tradit Ethicā mō ipiali. f.15.c.j.

Sapie lib p oia ſua capl'a diſtiguit.f.15.c.4.

Sigilla ſeptem ſignificant.7.perſecutiones eccleſie. fo.76.col.3.⁊.4.itē fo.77.p totū

Soliloqū ē ſmo eiuſdē ad ſeipm.fo.14.c.2.

Saraceni hñt duos Soldanos.fo.86.col.3.

Saracenoꝝ ſectaꝫ deſcribit Joānes in Apochalypſi in.5ª viſione. fo.86.⁊.87.

Saracenoꝝ pdicatores ſͤis pdicāt: ſicut predicatores xpiani pdicāt xpianis.fo.86.c.j.

TEmpli deſtructio deploratꝰ a Hieremia pp.4.q̄ erāt circa tēplū.f.13.c.j.

Templi deſtructio nō ſolū pª a Babilonijs: ſed ēt 2ª a Romanis facta a Jeremia deploratur. Ibidem.

Tempora ſex eccl'ie ponūtur q̄tum ad pncipium ⁊ finem. fo.55.col.3.⁊.4.

Tempora quoq̄ circa Babilonicā captiuitatem deſignātur. fo.19. col.4. fo.20.col.j.

Teſtimonialis ⁊ euāgelica pars ſacre ſcripture.4.libris euangelioꝝ ptinet.fo.32.c.4

Tirānorū ⁊ pncipum pſecutio facta eccl'ie in diuerſis ptibus. fo.79.⁊.80.p totū.

Trenoꝝ lib ptinet cāt⁹ triſtitie ⁊ merōis.f.9

Trenoꝝ liber continet.4.plantus ⁊ vnam orōnem Jeremie. fo.9.col.4.

Trenoꝝ liber vtitur oibus locis ꝓuocātib⁹ ad miſericordiā ⁊ idignatōeꝫ.f.9.c.4.f.10

VAnitatū.x.gña ſūt deſpiciēda.f.14.

Viſio pª Apochalypſis extenditur a tpe pme fundatōis eccl'ie in gētibus ⁊ extenditur vſq̄ ad tempora Juliani apoſtate: fo.75.col.4.

Viſio.2ª.Apochalypſis extendit a tpe Juliani apoſtate vſq̄ ad tempora Foce impatoris. fo.78.p totum.

Viſio.3ª Apochalypſis dſcribit tpa a Mauritio ⁊ Foca vſq̄ ad Conſtātinū impatorē quē Hyrene mr ei⁹ excecauit. fo.81.col.3.

Viſio.4ª.Apochalypſis deſcribit tpa a tpe Charoli magni in quē p eccl'iam impium tranſlatū fuit vſq̄ ad recupationem terre ſancte tpe Urbani pape ſecūdi. fo.84.

Viſio.5ª.Apochalypſis deſcribit tpa a recupatione Hieruſalē de manib⁹ ſarracenorū vſq̄ ad diem iudicij. fo.86.vſq̄ ad fo.90. excluſiue per totum.

Viſio.6ª.Apochalypſis deſcribit ſtatū vniuerſi poſt diem iudicij. fo.90.

¶ Explicit tabula breuiſſima ſuper Compendium Petri Aureoli.

¶ Sūmariū breue oium

¶ Sūmarium breue oīum librorꝫ diuine ſcripture: cum declaratione vocabuloꝝ vel noīum ipſoꝝ libroꝝ.

Bibliotheca interpretatur librorꝫ repoſitio. Nam biblij ſit libri: theca repoſitio dicitur. Unde ⁊ librꝫ veteris ac noui teſtamēti bibliothecaꝫ appellamus: eo ꝙ multi libri ī vno volumine ſunt repoſiti. ¶ Quorū. primus liber Breſith hebraice dicitur: grece vero Geneſis: latine aūt Generatio: eo ꝙ initium generationis mundi cōtineat. ¶ Secūdus dicitur Exodus greco eloquio: latine exitus: eo ꝙ ſeriem exitꝰ filiorꝫ Iſrael de terra Egypti ediſerat: hebraice Elleſmoth. ¶ Tertius Leuiticus dr̄ eo ꝙ officia leuitarum ⁊ ordinem dilucidet hebraice Maiethra. ¶ Quartus liber Numeri dicitur: eo ꝙ in ip̄o ſunt numerati filij Iſrael proceſſuri ad bellum. 20ᶦ. ānorum et ſupra: hebraice Uagedaber. ¶ Quintus liber appellatur grece Deuteronomiū: latine ſecūda Lex: hebraice Eleaddabarim. Siquidem Deuterono. ſecūda nomos Lex ſonat. Nam qcquid p̄mis libris dictum eſt: in hoc reiteratur. Hos. 5. libros edidit Moyſes: q greco eloquio Pentateucꝰ dicitur .i. qnale volumen: cum penta ſit. v. teucus volumē: hij ſunt. 5. libri: quos Thorath. i. legeꝫ dicūt hebrei. ¶ Hos ſequitur liber Joſue. Poſt hunc librum Sophyn. i. Judicum: q continet accidētia iudicū: qui fuerūt a tempore Joſue vſqꝫ ad regem Saul primum iudeorum. Huic contigua eſt hyſtoria Ruth: qꝛ in tempore Judicum eiuſdē femine actio memoratꝰ floruiſſe. Poſt Ruth autē ſeqtur liber Samuel: quem p̄muꝫ ⁊ 2ᵐ Regum dicimus. Poſt quē ponitur Malachim. i. regum tertius ⁊ quartus. ¶ Hijs quoqꝫ. 4. libris Regum ſupponitꝰ cum eaſdeꝫ cauſas ptim contineat Paralipomenon liber q in duo volumia ſcinditꝰ. Paralipomenon grece: latine p̄termiſſoꝝ vel reliquoꝝ dr̄: qꝛ ea q̄ in p̄cedētibus libris: aut minus aut obſcure dicta ſunt: in hoc ſūmatim ⁊ apte apiuntur. ¶ Hijs ſubijciūtur. 16. prophe. 4. maiores qꝛ maiora volumina condiderunt. ſ. Eſaias Hieremias: Daniel: Ezechiel: ⁊. 12. minores qꝛ minora volumia cōdiderūt. ſ. Oſee: Joel Amos: Abdias: Jonas:: Micheas: Naum: Abachuc: Sophonias: Aggeus: Zacharias: Malachias. hunc Hebrei Eſdraꝫ eē dicūt. ¶ Seqtur deinde liber Job q eiuſdeꝫ viri ptinet acta. Deide ponitur liber Pſalmoꝝ q habꝫ. 150ᵒ. pſalmos: quos oēs lꝫ ⁊ David vere cōpoſuit: quidam tn̄ eoꝝ alioꝝ nominibus intitulātur pp interp̄tatiōem noium ad quā ſequētis pſalmi ptinet ſēſus: ⁊ q̄ꝫuis liber vnus ſit pſalmorꝫ: in. 4. tn̄ ptibus ab Hebreis diuiditꝰ. i. in fine. 4. pſalmoꝝ quoꝝ finis ē fiat fiat. ¶ Hijs addūtꝰ tres libri Salomonis. i. Prouerbia: Eccleſiaſtes. i. cōcionator: Cantica canticoꝝ. Seqtur hos liber Sapientie: q ideo ſic noīatur: qꝛ de filio dei q ſapiētia p̄ris eſt apte loqtur. ¶ Huic ſupponitur Eccleſiaſticus: ideo ſic dictus: quia mores totius eccleſie ptinet. ¶ Hos duos i. librum Sapie ⁊ Eccl'iaſticum compoſuit Ihs filiꝰ Syrach hieroſolymita: vt Hieronymus ⁊ Iſidorus dicūt. Sed librū Sapie cōpoſuiſſe Salomonem pōt ppendi ex v̄bo qđ ibi dixit Tu dn̄e me elegiſti regem ſuper ppl'um tuum. Neqꝫ Ihs filius Syrach rex fuit. ¶ Sequūtur deinde Eſdras: Tobias: Judith: Heſter: ⁊ libri Machabeorꝫ duo. ¶ Deinde ſbiūgūtur. 4. libri Euangelioꝝ: quoꝝ p̄muꝫ Matheus hebraico eloquio cō ſcripſit. Reliquos tres Marcꝰ: Lucas: Joānes greco ſtilo. Poſt hos actuuꝫ Apl'orum quē librū Lucas euangeliſta fecit. ¶ Exide 7. epl'e Canonice. ſ. Jacobi apl'i Hieroſolymitani ep̄i vna. Petri apl'i due: ſancti Joannis euāgeliſte tres: Jude apl'i vna. Hijs tandem ſbijcitur Apocalypſis. i. reuelatio ſancti Joānis apl'i. Poſt hanc. 14. epl'e Pauli ad Romanos vna: ad Corinthios due: ad Galathas vna: ad Epheſios vna: ad Philippēſes vna: ad Coloſſēſes vna: ad Theſſalonicenſes due: ad Tymotheū due: ad Tituꝫ vna: ad Philemoneꝫ vna: ad Hebreos vna.

¶ Laus Deo optimo: maximoqꝫ.



# Orõ deuotiſſima ad ꝟginē Mariā.

FUnde preces in celis
Maria ſtella maris.
Remoue cito peccata
Unde vota ſint grata
Omniūq; prolata
Maria ſtella maris.
A deo benedicta
Ab angelo iam dicta
In celis deſcripta
Maria ſtella maris.
Alta vnda celorum
Et decus angelorum
Audi voces peccatorum
Maria ſtella maris.
Tu tota es formoſa
Tu tota ſpecioſa
Tu tota gratioſa
Maria ſtella maris.
Tu es norma iuſtorum
Tutella peccatorum
Letitia ſanctorum
Maria ſtella maris.
Eya glorificata
Et cum chriſto locata
Sis noſtra aduocata
Maria ſtella maris.
Ut a morbo peſtilentie
Et ab omni prauo ſcelere
Nos defendat ſemper ⁊ hodie
Maria ſtella maris.

Laus deo optimo: maximoq;.

¶ O bone quiſquis es: huic noſtro bene parce labori:
Que ſunt dicta modo: dicta fuere prius.
Et quecunqꝫ meo paruo ſunt ſcripta libello.
Ut mea non mea ſunt: ſic tua non tua ſunt.

¶ Non viribus: aut velocitatibus: aut celeritate corporum res magne geruntur: ſed conſilio ſententia ⁊ autoritate.

Qui ducis vultus: ⁊ non vides iſta libenter.
Omnibus inuidias liuide: nemo tibi.

# Excuſatio Lazari.

Si quid forte tuos offendet lector ocellos
Quod mihi mendoſo grãmate verſus eat
Emendare velis: nam non me Lazarus iſtis
Confecit mendis Bibliopola tuus.
Sed turbata magis preſſoris inertia quando
Sera dedit laſſas artibus hora manus.
Laus deo optimo: maximoqꝫ.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

9

Nº Cajà
C-29